Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
A
2
NAPOLI

Digitized by Google

[illegible]
Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

MICROSCOPIUM PHYSIOGNOMIÆ MEDICUM,

ID EST,

TRACTATUS DE PHYSIOGNOMIA,

Cujus ope non ſolum animi motus ſimul ac corporis defectus interni, ſed & congrua iis Remedia noſcuntur per exteriorum *lineamentorum, formarum, colorum, odorum, ſaporum, domiciliorum ac ſignaturarum intuitum,*

Qui harmonicam hominis conſtitutionem & medicandi notitiam ex ſimplicibus indicat,

Authore

JOANNE FRIDERICO HELVETIO,

Anhaltino Cothonenſi, Doctore Medicinæ.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

AMSTELODAMI.

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS.

ANNO CIↃ IↃC LXXVI.

Job 35. v. 11. de Deo:

Qui præ beſtiis terræ nos docet, & præ volatilibus cœli ſapientes nos facit.

Digitized by Google



GUILIELMUS HENRICUS
PRINCEPS AURIACUS.

APOLI

Google

SERENISSIMO *ac* CELSISSIMO

Principi ac *Domino*

D. GUILIELMO III.

DEI GRATIA ARAUSIONUM, NASSAVIENSIUM*que* SUPREMO PRINCIPI.

*Comiti Cattimeliboci, Viandæ, Dietziæ, Lingæ, Meurſæ, Buræ, Leerdami. Veræ, Vlißingæ*que *Marchioni. Bredæ, Gravæ, Ditionis Cukianæ, Dieſtæ, Grimbergæ, Herſtalli, Cranendonki, Varneſtoni, Arlæi, Noſeroli, S. Viti, Dasburgi, Polani, Wilhelmoſtadii, Nirvarti, Iſelſteini, S. Martinodici, Steenbergæ, Montis Gertrudis, Naaltvici, Superioris pariter & Inferioris Svaluvæ Domino ac Baroni. Antverpiæ & Biſuntionis Burggravio. Hol-*

landiæ Mareſchalco hæreditario. Geldriæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Ultrajecti atque Tranſiſſulaniæ Gubernatori & Dictatori Perpetuo. Fœderati Belgii qua terrâ qua mari Imperatori ſummo. &c. &c. &c.

JOANNES FRIDERICUS HELVETIUS, *S.P.D.*

EUripides Tragicorum vatum Princeps ſortem indoluit humanam, *aut nos non agere mutos, aut res ipſas nobiſcum diſſerere non poſſe*, innuens tantam cunctis rebus ineſſe majeſtatem, ut nec centum linguæ, nec totidem ora eam effari queant, uſque adeo ut cum vulpecula vitrum circumquaque lambamus, nec guſtemus, quid pultis intus ſit, & ut tacuiſſe ſæpius præſtet, quam falſæ

falſæ ſcientiæ præſtigiis obcœcatos ſummis labiis rem attigiſſe ; unde in proverbium evaſit , artem medicam eſſe conjecturalem , cum tamen re verâ certa ſit , quemadmodum tum ratione , tum rerum obſervantiâ & experimento maximâ ex parte hic liquet. Ens illud Divinum, quod cum Natura (ut vulgo ajunt) nihil facit temerè , eſt Ens ordinis perfectiſſimi, nihilque creavit aut gubernat, niſi pro hujus ordinis, tanquam eſſentiæ ſuæ partis non minus principalis, normâ, ſic ut cœli, terræ & minima univerſi pars ejus mirabilia narrent, eumque non tantum unicum cuncti opificem teſtentur, ſed ſui ſubſtantiam, efficaciam & uſum etiam indicent per alphabetum illud hieroglyphicum, quod omnibus creatis eſt inſculptum, & veris ac ſedulis naturæ ſcrutatori-

bus harmonicam rerum ſtructuram digito quaſi demonſtrat. Quæ tamen omnia cum pleriſque, item præclaris viris videantur paradoxa, ac vix, imò ne vix quidem probata eſt, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, AC SUMME STUDIORUM MOECENAS, quod hujus Tractatus frontiſpicio Illuſtre Tuum Nomen præfigam, cujus tutela contra malorum & inſipientium inſaniam muniatur. Tu enim, qui Magnus diceris, quod Principibus & Regiis natus es familiis; Major, quod nativitatem præclaris & Eccleſiæ & Reipublicæ utilibus factis ſuperaſti: Maximus, quod in ſummâ fortunâ modum ſervas, ac humanitatis meminiſti, hoc, quæſo, Opuſculum ſplendore tuo Regio illuminare, & benigno animo ſuſcipere digneris. Quæcunque exiguus hic com-

complectitur Tractatus, ſunt ad Dei & noſtri cognitionem, ad naturalium rerum demonſtrationem, ad Spiritus illuminationem, ad Animæ puritatem, ad quinque ſenſuum intellectum, ad Corporis ſanitatem annotata, & notatu digna, imò ſecundum omnium curioſorum judicium ad perquam gratam Animi recreationem. Præterea hæc Doctrina de Physiognomico-Medicæ, ſeu Medico-Metoposcopicæ, & Plantarum, aut aliarum rerum Signaturæ Harmonia elaborata erit eò optatior, ſi propriis manibus à curioſo Naturæ Medico Practico, ad Corporis efficaciſſimum, & Spagyricè ad quintum eſſentialiter Medicamentum fixum, corroborans, tutiſſimum, confortativum jucundiſſimum Spiritualium Vitalium, Corporiſque Virium & Ventriculorum

digeſtionum FERMENTUM rerum ſimplicia confortantur. Quæ aut in Regno Animali, Vegetabili, aut Minerali ad Medicinæ finem inveniuntur. Nam omnia non ſolum ità ritè præparata Medicamenta ſummam habent analogiam Corporis humani innatis Viribus & Ventriculorum Fermentationibus confermentativam, ſed etiam illa adhuc multò præſtantiora ſunt Vulgaribus, Vulgari Pharmacopœorum more præparantibus, & Experientia, videlicet Veritatis Mater, hoc ex affectu Panis, Cereviſiæ, Vini, & ejuſmodi præparationum Naturæ convenientium fermentativo docet, ſed omnia neceſſaria ad magnam veræ rationalis Medicinæ perfectam cognitionem non ſolum decet, ſed etiam oportet omnes MEDICOS, & rationalis MEDICINÆ, ſeu curio-

curioſos NATURÆ ſtudioſos, à triunius DEI SPIRITU talem petere impulſum; imò petendo inquirere, inquirendo apprehendere, apprehendendo Naturam ſequi. Nam ſic præſtat magnus DEUS ſua FATALIA benedicta ad omnia quæ perſcrutanda ſunt, in ſuo Oratorio & Laboratorio. Quippe ità placuit JEHOVÆ magnam in reliquis omnibus ad hodiernum uſque diem, totius Mundi MACHINAM regere, imò præ omnibus in re medica, ità magnificare, magni ſui nominisglorioſam Gloriam in Creaturarum proprietatibus, Viribus admirandis innatis: Quas Cœlum tenet, Terraque concludit, quæ Aërem replent, quas Mare occultat, imò REGI ſapientiſſimo REGUM SALOMONI. Ergò non conculcandæ erant Plantæ CEDRI longiſſimæ & HYSOPI humillimæ, quas
 etiam

etiam fœcunda Mater Terra adhuc nobis quotidiè porrigit. Imò ſæpiſſimè multa latent in Creaturis ſecreta quæ tam facilè à qualibet NATURÆ curioſiſſima mente non percipiuntur, & multi qui non ediderunt aliorum ſapientum documenta, attamen expertis obſtinate Palmam concedere nolunt, ſi ex effectu alii tamen viderunt rerum magnas operationes, ſtatim vel illas pro miraculis Diabolicis habent, aut multa cum honeſtate de aliqua occulta qualitate, aut rerum inſtinctu fabulantur. DEO verò libuit hominem per creaturarum naturalem externam ſignaturam ad veram cognitionem rei ſignatæ, quaſi per Portam ad Regis Palatium introducere, imò voluit, ut ità per ſignaturæ lumen hominis quinque ſenſus in naturalibus, illuminarentur; cum intellectu,

ut

ut poſteà, quaſi per naturales ſcalas adſcenderet, uſque ad præternaturalem glorioſæ rationis Thronum, & ità poſſit Phyſicè, Philoſophicè, & Medicè cum demonſtratione de Effectibus Balſamicis, Sulphureis, Salinis, & Mercurialibus ſeparatis per Fermentationem, Efferveſcentiam, & putrefactionem ad hominis Salutem loqui; Deus verò, ex meræ ſuæ liberalitatis gratia, invitatis omnibus, hæc ſua dona inexhauſta offert; & verus Philoſophus, & Theo-ſophus ex Nectare divino hoc, & Manna Sophiæ Cœleſtium Theſaurorum inexhauſtorum ſaturatus & inebriatus, etiam Participantibus Amatoribus vult participare.

Et hæcce mea ſcripta publicæ luci donanda eſſe judico, etiam illa publicè depono ad Illuſtriſſimi Potentiſſimique Principis Aur. pedes. Quæ

non

non ex aliorum ſcriptis furtim ſunt petita; nec ſiniſtrè à Præceptorum inſtitutione exhauſta; ſed ex prædictis fontium Rivulis à Deo mediante Signaturæ cognitione, nocte & die laborioſè cum multo ſtudio acquiſita: Imò ita quaſi Deo ipſo loquente in nobiſmet ipſis. Ego etiam omnia ità intellexi, & ad Dei incomprehenſibilis miram gloriam, naturalem impulſum obſervavi. Nam omnia ſunt plena miraculorum Dei. Contrà illud longè diſputabile & non Chriſtianè Cartesii Vacuum Animæ, quo deplorabilis hodierna Academia imbuta eſt, imò ut melius dicam, de hodierna Philoſophia hominum de Deo dubitantium, & diſputantium, & benè cognita malitia quæ tamen peſſima eſt Dei Calumniatrix, Hominis Deceptrix, rationalis Philoſophiæ

phiæ fallax mendaxque, cum quo limo Mortalitatis plurimi Philoſophorum, imò inter Chriſtianos ipſos ſunt peſſimè maculati, cum quibus tamen, immortalitatis lumen Veræ Chriſtianæ Sapientiæ, & Philoſophiæ ſe non junget. Quare Ethnicè moriuntur tales homines non intelligentes Mentis Auribus clamantem Dei Sapientiam, ad acceſſum Fluminis, ex cujus Lymphæ occultæ cryſtallinæ Rivulis Vivis, omnes Chriſtiani Philoſophi inebriantur; Imò laborant ſurditate, & non audiunt clamans Cœlum millies mille ſuis Stellis, nec Terram floribus & Plantis, nec Montium centrum metallis, & lapidibus, nec Sylvas Animalibus, & Vermibus, nec Aquam Piſcibus & Monſtris, nec Aërem Avibus & inſectis innumerabilibus, imò cum perfricta fronte de omnibus

omnibus

mnibus, & creaturarum admirandis effectibus, talis falsè judicat Philoſophus perverſus, cum quibus opinionibus quadrat hodierna CARTESIANA Academica methodus ethnicè ſtudendi, profanéque diſputandi uſitatiſſima, non ſolum de naturalibus, imò præternaturalibus nempe de DEI Esſentia, Exiſtentiaque incomprehenſibili, ut rectè dixit GREGORIUS NAZIANZENUS, *Non licitum eſt, de* DEO *publicè diſputare.* Nunc Chriſtianiſſime, Sapientiſſime, nec non Illuſtriſſime PRINCEPS AUR. ſatis adhuc præcognitum eſt mihi, quod Veſtra Sereniſſima CELSITUDO, pro ſuo intellectuali Viſu JOVIALI, ratione harum mearum Speculativè, & in natura accuratè Phyſiognomiæ Medicæ obſervationum, & rationalium Experimentorum SE etiam præbet eſſe

Pri-

Primarium, Eminentiſſimum, Acutiſſimum, Perdoctum, Præpotentem, Curioſiſſimum pariter atque intelligentem CULTOREM, Academiarum, Decantatiſſimorum ſtudiorum, Scientiarum, Artium liberalium, imò ut etiam pia ANTECESSORUM VETUSTAS voluit, Candidis, & liberalibus ingeniis (etſi ſæpius non data fuerat, ad MUSAS currere lata Via) MUSARUM Januas, ſemper eſſe apertas.

Quare Veſtram CELSITUDINEM elegi, & qualis ex magni judicis Officio juſtiſſimam ſuper meis in hoc opuſculo commiſſis erroribus, lapſibusve, cenſuram acutiſſimam ferendam æquitatiſve limam adhibendam, gratiosè curabit. Interim hoc meum Opuſculum manet humillimè conſecratum, officiosè dedicatum, obſervantiſſimè depoſitum, & ex fonte

te

te Limpidiſſimo DEI in Naturæ Veræ cognitionis, Veſtræ CELSITUDINI communicatum TIBI PRINCIPUM totius ferè EUROPÆ maximo. Cum igitur nunc quicquid publicæ lucis ac ſplendoris mihi afſulſiſſe videtur, totum à Vivifica ſplendidiſſimi luminis radiis ità gliſcentem hunc meum igniculum ſuſcitatura ſit, ut in apertas honoris ac Amoris flammas tandem erumpere, & Veſtræ CELSITUDINI calori utilitatique eſſe poſſit.

Quod faxit ille ſummus luminum PATER, juſtitiæ SOL, Cordiumque fidelium IGNIS, nempe Spiritus Sanctus per *Chriſtum Jeſum* in Seculorum Secula. Imò Illuſtriſſime, & Clementiſſime PRINCEPS AURIACE, CELSITUDINI Veſtræ, à dextris ſiniſtriſque, ante retrò, ſurſum ac deor-

deorſum, imò circulariter ille Spiritus Sanctus tuus ſit MINISTER flammeus, qui tuorum Hoſtium flammas odiaque miraculoſe extinguere poteſt. Hoc opto ego denuò ex totis meis præcordiis, ut omnia benefacias ad Salutem Populi, ex ſapientiæ Altiſſimi vero ſtimulo & ergà nos omnes, ex Amoris DEI & *Chriſti* impulſu irreſiſtibili. Tu verò MEDICÆ profeſſionis meæ MONUMENTO porrectâ fronte lætoque ſupercilio clementer accepto, Me unà cum meis, eadem qua hactenus benignitate, complectere quæſo.

Poſthac tandem per immutabilia FATA Cœleſtia tua temporalia ita tranſi, ut, Chriſtiane & Regalis PRINCEPS AURIACE, bona Regalia æterna, ne amittas, ſed fruaris ubique Paterno JEHOVA, ad Salutem tuam æternam fructuoſiſſimam, Amen.

PANEGYRICUM.

Celſiſſime PRINCEPS, *Illuſtriſſime* COMES, *Fortiſſime* DUX, *Invictiſſime* HEROS, *Potentiſſime* PROTECTOR, *Promptiſſime* PROPUGNATOR, *Providentiſſime* GUBERNATOR, *Sapientiſſime* SENATOR, *Amantiſſime* PATRIÆ PATER, *Veræ militaris diſciplinæ* BELLI, & PACIS, *Feliciumque* SUCCESSUUM CONSECTATOR CUPIENTISSIME, & *in noſtris Miraculorum Annis omnium Cœleſtium* FATORUM *unice*, & *ſumme* EXECUTOR.

CEL-

CELSISSIME, ILLUSTRISSIME,
nec non SERENISSIME

PRINCEPS,
magne HEROS,

SUmmus Mundi MONARCHA DEUS, *quandò mundana conſtituit Regna, etiam ſemper ejuſmodi Organa excitavit, quibus Auctoritatem, Felicitatem, Succeſſumque condonavit, quorum Conatus mortalium Nemo, licet Potentiſſimus totius Mundi armatus, impedire poteſt.*

Tu quoque noſter præſagialiter Auctoritate, Felicitate, Succeſſuque, dirigente DEO, *ter tripliciter cum* IRIDE *fataliter Coronatus* PRINCEPS *Regalis Auriacus, nunc ut magnus* MAXIMILIANUS, *magna, ex hoc Divino* FATO, *contrà magnos egiſti* REGES *invincibiles, imò tanta, quæ* BELLI *optima, quæ* PACIS *ſunt. Ergò etiam te ferè Omnipotentis* DEI, *unicum Potens* PACIS *datæ Inſtrumentum, rectè ex* DEO *miremur, imò te unicum à* DEO *fuiſſe ſuæ infinitæ Potentiæ* FRUCTUARIUM, *ex* BELLI *fine ſateri cogimur.*

Mortalium verò NEMO *Bellicoſorum, etiam in* MARTIALIBUS *ſuis laboribus graviſſimis, periculoſiſſimiſque conſtantior, in Exercitiis ejuſmodi durior, in Exempliſque Propugnatorum fortior* extitit *quam Tu per ac ſimilis Tibi, Invictiſsime* HERCULES, *Victorioſisſimeque* CÆSAR *redivive. Nam* DEO *adjuvante, fixis nunc conſcendiſti pedibus ad Pugnæ* THEATRUM, *Honoriſque* THRONUM, *ut jam non ſolum* ANGLIA, GALLIA, HISPANIA, GERMANIA, *ſed tota etiam* EUROPA *tui Patrui Celebratiſſimis* BELLI & PACIS *facinoribus* ÆMULA *videant. Quippe ex qua regali* STIRPE, *ſemper Illuſtria Capita inſtar Syderum, eo Virtutum Splendore effulſerunt, ut jam tuus* HEROICUS *dominandi Spiritus, maſculaque Bellandi & Vincendi Virtus, pridem* AURIACÆ *Familiæ peculiaris eſſe crederetur, atque præterea Conſanguinitate cum* CÆSARIBUS *jungeretur, cujus* FAMÆ *etiam laudatiſsimæ, nec unquam intermorituræ vis nobis ſucceſſionis ſpem luculentam ſuſcitat. Nam* TU, *Sereniſſime* PRINCEPS, *his miris noſtris* PRODIGIORUM *Cœleſtium Annis, ſemper* DEI *inſtinctu perſpexiſti initium, ut conſpicere poſſis Medium, pariter atque ultimum* BELLI *bellicarumque* MACHINARUM

ſtrepi-

ſtrepitum. Et ita procul repulſæ metu Tu MARTIS *conjugium affectaviſti, ut etiam ab egregiis facultatibus Martialibus, meritò* TYROCINIUM *exiverit, prout decet* HONOS *etiam* HEROEM *magnum, qui jam inde à puero, ad Pectus, ad Medullam, ad Cor uſque in militarium Exercitiorum intelligentiam ità acutiſſimam ſe penetravit, ut de ea abunde teſtari poßint etiam Armorum celebrata* GLORIÆ DIGNITATISque *Ornamenta, & Militiæ tuæ monumenta apud* POSTEROS, *quæ Tibi potius*, PRINCEPS *Victorioſiſſime, ſoli Pignora Memoriæ pretioſißima Lauri & Palmæ foliatæ immortalia quàm ſupra aliorum capita perennabunt. Quinimò dicendo itero, quod bellicoſa anxii noſtri ſeculi facta tua, non pennis, nec hominum linguis amplificanda ſunt, ſed ſatius demiranda tanquam nova Herculea: quæ ſine ullis ſtimulantibus Conſcientiæ malæ furiis à conſectatione tibi ſunt parata, veluti præ cæteris, inter omnes Gentes ſigna ingentis militaris Gloriæ tuæ inextinguibilia teſtantur, utpote quæ ita fortiſſimis extuliſti lacertis, & raro quodam, imò inſolito Exemplo, es noſtro aſſecutus ſeculo. Verum enim verò ea Tibi creavit Autoritas in iſto loco, ubi ſæpius mentem conjunxiſti* Olympo, *ubi Fama*

Virtutis tuæ locum meritis gratiam, honoribus gloriam adornat. Nam aliqua, quæ tulit ſanguis, aut geſſit Virtus, vel accepit Honos evaneſcunt, & Tu, *Sereniſſime* PRINCEPS, *etiam potuiſti* Te *bonis omnibus amabilem improbiſque formidabilem reddere. Quin hoc admiratione dignum, quod antea ſemper à teneris (quod Græci dicunt) unguiculis, etiam noſtro tempore hodierno, ſingulari quadam cum dexteritate, gravitateque gubernaviſti, quod non ſolum inter nos Fama tua heroica, longè latéque effuſa fuit, ſed præ omnibus, etiam tui magni Nominis admiratio, reverentia,* & *amor adhuc excitans omnium magnorum* HEROUM *Animos. Inſuper omni jure dicere poſſumus, quod Tu, noſter Sereniſſim.* PRINCEPS AURIACUS, & *aureo ſplendore prædita* Aurora *Patriæ, quaſi invictus* HANNIBAL *redivivus, antè* GALLIÆ *portas tunc temporis glorioſiſſimæ* & *immenſæ, fuiſti: contra quorum injuſta Arma ergà tuæ* PATRIÆ *Libertatem,* Tu, *Vigilantiſſime* HEROS, *ſæpius Vulcanio corde flammans,* & *tonitrua tonans libentius* & *ſuavius cum tuo tenero corpore fatigato per diem pugnaviſti, imò plus quam per Noctem dormiviſti,* & *ſine Timore, etſi militum numero impar, varia addidiſti bellicæ*

Vir-

Virtutis ſacinora, imò cum paucis Viciſti ſæpius, antequam ad deſtinatum Pugnæ ferventis THEATRUM *iviſti, vacuuſque curis, etſi coram Oculis periculoſiſſimorum Eventuum Exitum vidiſti, imò ſine ullo* MORTIS *tamen pallido horrore, lividoque ullo Vultus colore, nec tremebundo pectore Hoſtes Gallicos terribilè, horribiléque vociferantes, cum innumerabili multitudine militum; tacite idque invocante corde Moſaico* DEUM *& Chriſtianè exſpectaviſti. Imò ſæpiſſiſime* IPSEMET *alios noluiſti in oppugnandis, expugnandiſque* URBIBUS, *niſi* TE JULII CÆSARIS *inſtar ſemper cum mortiferis bellorum periculis periclitari & illis objicere, & tamen ſemper inter tantas graves Dignitates, præcipuè quandò ante* GENEF, *conſternatam Aciem vidiſti tuam, in utriſque idem fuiſti, & aliis, imò* MULTIS, *cum Temeritatis Tremoriſque Febri, & pallido* MORTIS *Terrore pictis, & afflatis* DUCIBUS *ſeu* PROPUGNATORIBUS *timidius pugnantibus, & Scutum militibus detraxiſti, imò volantes, ſinè alis tamen, omnes milites, cum bona adhortatione & optimo militari conſilio excitans, & eorum Cor in Ore, iterum in pectoris medium tranſplantaviſti, atque ità tunc de novo acerrimè præliari cœperunt,*

 runt,

runt, quo facto labantem etiam BELLI *Fortunam, miro Animi fervore in integrum reſtituiſti, & hujus felici ſucceſſu contra omnium, imò civiliter quaſi mortuorum ſpem, æque ac Vitam ex Aëre revocaviſti, & ſecuritatem multorum attuliſti. Enimvero jugiter in omnibus præliis, neceſſitate poſtulante, quando periclitabatur Septem* PROVINCIARUM *Navis, ipſam conſervaſti, imò ſtratagemate certantes Milites honeſtè ſervare potius curaviſti, quam* TE *ipſum concertantem* DUCEM. *Et præter hæc perbenè egiſti, quod omnibus tecum Corde cordatis pugnacibuſque Martialium Armorum affectatoribus in eorum Sudore, & Cruore Vulcanio, in* ACADEMIA *iſta* MARTIS *honorificè & meritò ſumma cum laude Promotionem dediſti, atque ita ad multò majora illos provexiſti, & ad tales Promptitudinis bellicæ inſtitutiones ſui maximi Exercitus* DUCIS, *per quas Tecum lætam ab* PATRIÆ *hoſtibus Victoriam obtinuerunt, atque nunc etiam æterna, ac pulcherrima Laboris glorioſorum meritorum præmia inæſtimabilia iſtos* HERCULIS *Filios manebunt, prout addecet iſtos qui cum eorum Patre* HEROE *exercitatiſſimo, contrà* TROIANOS *certaverunt, imò quilibet de 50. hujus Filiis, Nomine eſt dignus jam* HE-

SPE-

SPERIDIS. *Vos Armorum ſtudioſos adhortor: Præterea adhuc, condiſcite Mores Veſtri vobis præeuntis* BELLATORIS *promtiſſimi ſapientiſſimique quos non* PRINCIPUM *plurimorum more vulgari in poſſeßione habet, & habuit jam inde ab incunabulis & ex ſingulari Cæleſti, & perpetuo hæreditario Magnanimitatis ſtimulo, prout etiam vos omnes cum incredibili quadam admiratione in quibuſvis belli occaſionibus videbatis nunquam* HANNIBALEM *bellantem hunc per ſua Arma defatigatum, neq; Temeritate, nec fraude, multorum more, ſua deponere Arma Vulcania, ſed qui in contrarium officioſè ſuo exarmato Populo adhuc ſua fraudulenter depoſita arma, contrà omnium ſpem fataliter reddidit. Nam perrarò uſu Magnatibus hoc venire aſſolet; quocirca diſcite dexteritatem Veſtri* ἐπανορθωτοῦ EMENDATORISque *cujus fortunati ope, corrupta* CASTRORUM *diſciplina fuit repurgata; & quia neceſſitas urgebat, potentiſsimo veſtro* PROTECTORI *& Conſervatori Salutis* PATRIÆ, *ſæpiſſimè ne horulæ quidem unius ſpatium reſpirandi, corporiſq; recolligendi Vires, datum fuit. Veriſſime noſter Sapientiſſimus* SENATOR *etiamnum præter omnia inter edendum & bibendum, inter dormiendum ac vigilandum ſua bona eaq; ſumme ne-*

neceſſaria, *in anxium & ab hoſtibus furtivè ſuppreſſorum* PATRIOTARUM *locum*, *remiſit conſilia ſatis matura*, *ut & efficaciſſima*. *Nam ille providentiſſimus* GUBERNATOR *non ignorabat tunc temporis*, *quot & quales inter* PATRIÆ PATRIOTAS *bonos &* DEUM *Timentes reſtarent*, *& qui erga ipſum* PATRIÆ PATREM *ex inveterato*, *& hæreditario Amoris inſtinctu naturali*, *& impulſu cœleſti adhuc ſemper ſpirantes viverent*. *Imò inter multos*, *qui Hoſtem glorioſiſſimum* GALLICUM *quidem volebant*, *illi verò* AMICUM *cupiebant* : *& tunc etiam inter tantas temporis obſcuri Nebulas ille magnus* Phœbus *à Cælis miſſus*, *& felicitate Divinæ Sapientiæ à Trinunius* DEI *Spiritu inflatus*, *ille redivivus fuit*, *Veſter Civiliter mortuus*, *& ab* IRIDE *ter triplex in* URANIA *Coronatus* PRINCEPS AURIACUS, *ut eſſet* VII PROVINCIARUM PACIS, BELLI *feliciumque* SUCCESSUUM *unicus* AUCTOR: *& ita cum multorum exarmata invidia*, *ſine invidia creatus eſt*, *ille feliciſſimus* FELIX *& per anguſta*, *ſemper* AUGUSTUS ; *cui mox* URBEM *introgreſſo applaudit exultabundè* PLEBS, *Vitamque atque felicitatem uno ore comprecatur*,

tur, & recte, & bene fecit, Vox Populi Vox Dei, *in iſto tempore vociferans, & unicum fuit Exemplum veræ* Militiæ, *ille magnus* Assectator & Patronus *militaris diſciplinæ, qui mirè omnia quæ perficienda erant, auxiliante* Deo *perfecit, & ob id omnia hæc ſua futurorum* Triumphorum *præludia, ſine omni Fama larvata ſemper manebunt, imò perſtabunt etiam contra omnia omnium* Antagonistarum *à Diabolo ſuſcitatorum ſtudia, ſuæ generoſæ* Ætatis *ſplendida Ornamenta in Ævum poſterum. Et ſi liceat* Heroicorum *ſuorum memoriam operum replicare, cordatè ſenſiſſe cives videntur, quod in ſua verba quaſi primitus jurarint. Certè ipſum* Principem Wilhelmum Auriacum *Bello promptum, acrem, ac ſtrenuum, vel tacente me fatetur* Europa *univerſa, nec dum* Belga, *cujus omnibus hæc bellica laus reſonat linguis.* Imperatoriæ *virtutes vulgò hæ exiſtimantur,* Labor in *Negotiis,* Fortitudo in *Periculis,* Induſtria in *Agendo,* Celeritas in *Conficiendo,* Conſilium in *Prævidendo; quæ tanta ſunt in uno noſtro* Principe Auriaco, *quanta in reliquis* Imperatoribus. *Imò in hoc omnium Cæleſtium Fatorum*
Ex-

EXECUTORE, *& quaſi redivivo roboris filiorum Ammonis & Moabi* DESTRUCTORE, *ingenita naturæ nobilitas nullum poſuit* TERMINUM *ſatis neque Verbis, neque calamis amplificandum, quæ tamen ejus amplificanda facta ſunt aliàs* MARTI *conſecrata. Certè proferunt ſe omnia ex Chalybeo ipſius generoſo Pectore Martio, quæ Armis amplificavit, & ſæpius, imò quoties etiam cum paucis pugnavit Hoſtibus, toties etiam, à plurimis Victorioſe honorificeque ut* HERCULES *alter palmam reportavit, atque non ſemel pugnam pugnavit quando pugnare non amavit. Verum enim verò, ille omnis Certaminis, & pugnæ fortiſſimus & inſigniter exercitatiſſimus pugnantium* PROPUGNATOR, *cum paucis non ſolùm Regiè coronatos, & perquam glorioſos Terrorum* HOSTES *exſpectavit, ſed ſæpiſſime quaſi Avium alis volans, & cervorum pedibus accelerans ad Armorum ſpatia Martialium ampliſſima quæſivit, provocavit, obviis prævenit, certavit, vicitque illos, vel cum auxilio* AUXILIANTIUM *pauciſſimorum ille triumphatiſſimus* SCIPIO, *imò ille ceu magnanimitatis, & magnarum rerum Vivaciſſima* IMAGO *totius* GALLIÆ *copioſiſſimos, & plurimos adhuc immaturos*

No-

NOBILISSIMOS *ſuo decerpſit gladio* MARTIO. *Taceo quod ille cordatus* DUX & PRINCEPS AURIACUS *à Militibus propriis deſertus, ex* GALLORUM *modò ſolita cantatione bellica, tamen adjuvante* DEO *ſuo, ex* MARTIS *Campo, erubeſcentes & trepidantes expulit cæteros, alios dearmatos & ſanguine maculatos, pro* TRIUMPHI *ſigniferis in* GALLIÆ *glorioſam Patriam ſuam remiſit. Et hoc debitum hujus maximi* MAXIMILIANI *Virtutis magnæ minimè negare ullus inimicorum, Hoſtiumque ſuorum in hodiernum uſque potuit, etiamſi voluit, quorum tam profundæ Animos hominum occupant* TENEBRÆ, *ſed è contrario, omnes coacti præter hoc ad magnificandum ipſius bellandi dexteritatem ſatis in ſua juventute audacem; & quando ille* ALEXANDER *noſtri ſeculi, ſinè omni metu, cum juſtiſſimis ſuis fulminantibus* JOVIS *flammis, totum feliciſſimum Certaminis Eventum videbat, quod cum omnium, nominatim autem* GALLORUM *admiratione, Militumque commemoratione, & multorum* DUCUM *Teſtimoniis confirmatur. Nam ſic quaſi in momento Hic Victorioſiſſimus* CÆSAR, *antè* GENEF, *à glorioſiſſimè*

glorio-

glorioſis, Gloriam glorificatam GALLIÆ *totius* , GALLIS *eripiebat, ſimul Victoriam, Prædamque capiebat , imò cum præcincti Gladii felicitate incredibili , nil procraſtinando vincebat ille Victoriarum* ATLAS *ſinè Hoſtium repulſu ; imo credere cogimur , iſtum Chriſtianum* HEROEM , & *magnarum heroicarum Virtutum* APPARATUM *à* DEO ſalve-ductum *fuiſſe , qui etiam in omnibus ſuis peractis bellicis rebus ſuæ Cæleſtis Prudentiæ , & Sapientiæ unica Vis Virtuſque fuit, imò quod Prudentia ſua in* IPSO DEI CULTRIX & MATRIX, *necnon ſui* THRONI ASSISTRIX, *Myſteriorumque ſuorum* DUCTRIX *fuit, & omnia hoc Populorum* ORACULUM Citò , Tutò & Jucundè, *quæ ad* MARTIALIUM *Virium Societatem intendebant , fecit , & ſæpiſſimè ſuo fatigato Corpore teneri , non unius diei, vel noctis* TRIUMPHUM *ſatis eſſe judicabat, tunc etiam ſequentem cum ſequente die indefeſſus viriliter & cordatè connexuit, & ubi ille Pugnæ* PUGNATOR actuoſiſſimus *magna perſpiciebat ſua vitæ pericula , reſpiciebat ſimul ſua honoris* VOTA *maxima. Et hic eſt ille Sereniſſimus* PRINCEPS AURIACUS WILHELMUS *quaſi noviſſimæ ſplendidæ*

lucis

lucis ORIGO, *Fortunæ atque Orbis terrarum* MIRACULUM; *omnium* COR & AMOR: *Etiam* HOLLANDIÆ *dulce* DECUS; *anxii & diu Cruciati Populi* DESIDERIUM; *ſubditorum* SOLAMEN, *Provinciarum* DELICIUM; *Mercaturæ proſperantis* IDEA: *Imò Honoris, Famæ, Libertatis, Securitatis publicum* FUNDAMENTUM; *Præterea ille Regalis* PRINCEPS, *optimæ Naturæ regeneratæ eſt. Nam jam inde ab ineunte Ætate plus Pacificum Vitæ ſtatum, quàm Bellicoſum injuſtiorem amavit, prout teſtatur uſq; in hodiernum diem, cum aureis omnibus Moribus ad Publicum, Virtutis probitatiſque ſuum Exemplum, & iſtius Orantis &* DEUM *invocantis quaſi* DANIELIS *primaria fuit Virtus* PIETAS: *Reformataque in Eo emicat* RELIGIO *non fucata, quam ſemper quaſi ſuum* Vade mecum *circumduxit in cordis interioribus cellulis, & qui ſemper ſua religioſa Exercitia, tam in publicis Eccleſiis, quam propriis Ædibus, & Campis Martialibus, antè omnem ferè Politicam expeditionem, & Vigilias in ſua Camera inſtituit: Etiam in deſertis locis cum ſuo* DEO *in precibus Moſaicis, pro ſuo populo,* Soliloquia *habuit, imò ſic ille à* DEO *ad* THRONUM PROAVORUM *ſuorum elevatus*

vatus PRINCEPS *Celſiſſimus* HOLLANDIÆ SEPEM *ſua ſapientiâ conſervavit*, *ut* JOSEPHUS *in Ægypto. Nonne enim* JOSEPHI *Sapientiâ ſervata* ÆGYPTUS? DANIELIS *Rex* PERSIÆ, & MOISIS *Populus Iſraëliticus? Sic etiam ille redivivus* PRINCEPS JOSAPHAT, *quaſi unico Hymno fregit Robur filiorum* AMMONIS & MOABI, *diſsipavitque eorum magnum bellicoſum Exercitum* 2. Paralipom. 2. verſ. 22. *Ille* MOISES *elevatis manibus fregit Potentiam* AMALECI Exod. 14. v. 11. *imò ille Victorioſisſimus* PRINCEPS *in Meditullio* HOLLANDIÆ *captivos à Tyrannicis* GALLORUM *manibus*, & *ſuo ſubjectos jugo, quaſi ex Monſtrorum* HOSPITIO *eduxit*, & *reduxit in Melle*, & *lacte affluentem* CHANAAN. *Ergò plaudite, imò cantate Vos Senes, juveneſque Viri, atque Adoleſcentes cum omnium hilaritatum Votis, Terræ Mariſque Dominii Veſtrum Potentiſsimum* DEFENSOREM, *Mercaturæ Veſtræ feliciſsimæ* PROPAGATOREM & *Veſtrorum Fatorum Cæleſtium* EXECUTOREM, & PROVINCIARUM *Vigilantiſsimum* TUTOREM. *Nam ille juvenis* SENEX *in oppugnantibus Hoſtium inimicorumque tentantium vaframentis*

mentis tanquam cuniculis ſemper fixa, glorioſa GLORIA *&* *divina fuit* CONSTANTIA. *Ille omnium panico laborantium Terrore totus ſolus reſtans unicum Libertatis, Famæ, Gloriæ, Victoriæ, Triumphi Securitatiſque publicæ fuit ſolidè jactum ac benè ſtratum* FUNDAMENTUM. *Imò,* Accinite, *omnes Vos Nobiles, Generoſi, &* HEROES, *condiſcite Mores antedictos hujus Exercitatiſſimi, feliciſſimique* SALVEDUCTORIS. *Accipite Armorum celebratam* GLORIAM, *& Militaris dignitatis* ORNAMENTUM *hujuſque multarum Virtutum* APPARATUM. *Diſcite, inquam, mores* PRINCIPIS, *qui tamen, plurimorum* PRINCIPUM *more, Vanis Voluptatibus Carnis non deditus, nec irritamenta malorum, nec corruptelas Animorum amat, qui Folles arrogantiæ, & Vanæ Gloriæ, non in labiis tenet, nec ullam impoſturam in tenero ſuo Pectore hoſpitari patitur, nec imitatione ſtulta Prophanorum laborat, nec immerſus ſuperborum ambitionibus, nec iracundiis* STULTORUM, *nec maledictionibus impiorum, nec ullis ejusmodi ſcurrilibus Voluptatibus venenatus, nec Potibus nocturnis, nec ejuſmodi indè provenientibus Carnis illicitis Exercitiis addictus eſt, tametſi ad talia vacant plurimum*

multi MAGNATUM *alii qui indè enervati ſunt*, *& denique in ſuæ Ætatis optimo flore in quo ſe benè Vivere ſibi perſuadent*, *tamen quamplurimum* ANNOS & ÆTATEM *vanè inaniterque conſumunt*, GENUS & SANGUINEM *proſtituunt*, *quæ omnia Mundus immundus de hoc Regali Myſteriorum* DEI ELUCIDATIONE, *neutiquam dicere audet. Nam ille illuſtriſſimus* PRINCEPS *Sapienter ſatis quæſivit Honores per Humilitatem*, *Voluptates per Sobrietatem*, *Opes per Benignitatem*; *Gaudium per Curas*, *Otium per Labores*, *Luſum per Preces*, *Scientiam per Experientias*; *Pacem per Bellum*, *imò Sapientiam & Prudentiam per* DEI *Timorem. Verùm enim verò*, *in hoc Fortunantium labaro Vicit*, *Vixitque*, & *in* BELLO & PACE *ad tale perveniebat initium & videbat ultimum ſuæ magnificentiæ per totum Terrarum Orbem ambientis terminum* GLORIAM, *nempe quod* PRINCEPS *Celſiſſimus* AURIACUS *ſit tale fortitudinis* PRODIGIUM *quod è Cœlis hauſit*, *haurietque* DEI *Voluntatem potentialem & impetrat ab* EA, *per Eam*, & *ex* EA *in omnibus Negotiis*, *aut* BELLI *aut* PACIS *laboribus ſuis ſuum* Velle, Eſſe, Noſſe, Poſſe, *& denique inde etiàm Spiritus*, *Animæ*, *Corporiſque*

poriſque Salutem æternam allicit atque accipit à Ter Triuno maximo DEO *Patre*, FILIO & SPIRITU *Sancto*, *à quo etiam omnino* STIRPS *iſthæc* AURIACA *dependet ad proferendos ex ſe Ramos omni Virtutum genere prægnantes*, *emittendaſque in altum coruſcantis Nominis ſui Flammas* JOVIALES. *Imò certè ſi nonnulli* TIGRANES *noſtris his temporibus vixiſſent, atque de hujuſmodi contingentibus ipſi audiviſſent*, *facilè etiam dixiſſent ut olim de Græcis colluctantibus pro obtinendo ramo Oleæ frondoſo*: O MARDONI! qualem miſiſti Hominem non propter bona, ſed Honorem & Gloriam certantem? *Certè hujus Celſiſſimi* PRINCIPIS *magnæ Sapientiæ reſtitutæ imaginis* DEI *pulchritudo, ferè aſſimilis* SALOMONICÆ, *ipſius eſt ſplendor ab Angelis*, *Fulgor ab Aſtris, Candor à Cœlis*, *Lux à firmamento*, *Nitor ab Auro, Puritas à Beryllis, Perſpicuitas à Gemmis. Quapropter omnium ſunt feliciſſimi, qui* φίλτρον *hoc Amatorium*, *Sapientiæ Sapientiſſimi, ingenioſiſſimi*, *fortunatiſſimi*, *inſtructiſſimique hujus magni* PRINCIPIS AURIACI *combibentes*, *ab ejuſdem communicativi Viribus ſapienter agentibus inebriantur. Hæc namque Sapientia non è fabuloſa Ethni-*

corum Philoſophia non petitur : quippe qualis Philoſophia nil niſi Somnia illuſoria pro Sapientia deſiderata ſtultis vendit, & fruſtrantia ſtudioſis ſui cultoribus obtrudit, ſed veræ Philoſophicæ ſapientiæ Famam à magnæ Lucis poſſeſſore JEHOVA *per preces acquiſitam, nullus nec inimicorum, nec Hoſtium vel cum ſuorum innumerabili centenorum millium militum ferocium multitudine ac poteſtate, ab ejus triplici* IRIDIS *fataliter ad majora coronato capite Regali unquam abripere poterit. Imò ille,(ut vulgus) re principatus* PRINCEPS *habet Sapientiam, quæ in Ventre ſuo* DEI *fatalitatem jam inde ab incunabulis portavit, & ſic ſemper* ludit in humanis divina Potentia rebus. *Quid quæſo hoc? Hic per Populum cum* DEI *Voce mirè revocatus Virorum* PHœNIX, & ACHILLIS *imago rediviva, maxima cum admiratione, ad Veſtram hanc divinam Spem reſuſcitatus fuit; atque omni Veterum Virtute in juventute per Ferrum & Ignem, per Frigus & Æſtum, per Famem ac Sitim, per Aquas, Pontes & Montes, perrumpens ferè abſq; omni Corporis, aut Animi laſſitudine, ità per* MARTIS *Arma invitatus fuit : atque etiam nunc meritò Præmiis honorificis, prœliis, Victoriis, Triumphis, laudibus*

Cæſa-

Cæſareis laurifoliatis & præclaris priſcorum HEROUM *magnorum facinoribus magnificatus*, & *à* JEHOVÆ *providentia mirè myſticâ aliquâ Coronâ in utero coronatus atque* θεόθεν *excitatus veſter mento juvenis fuit & mente ſenex ad ſufflaminandum mirificè terra marique currum Galli alto ſpiritu ad ſummam Monarchiæ gloriam præfeſtinantis regium, haud ſecus ac ſi victricibus Cordato priſcorum* ROMANORUM *felicium ſignis, parmis ac armis impetuosè ac miraculosè ferretur. Talis eſt Veſter* DEI SIGNIFER, *qui in* omnium admirationem ſibi MARTIS Trophæa ac Præmia per Victoriam paravit, *poſtquam* HOSTILIUM *Bombardarum Tonitrua, Haſtarumque vibratarum Vulnera necantia, imò ipſiſſimam Vitæ jacturam inter ſanguinolentas ac truculentas manus non formidavit; ſed animosè poſtquam à* SADRACH & MESACH *diſceſſeris, non inter tot igneas medius Sagittas ſine ulla ſui Corporis læſione inviſibilibus* ANGELORUM *turmis ſtipatus inambulavit, revertendo ille vicit, Gallos interfecit, eorum cervicem fregit, atque ipſos cum omni eorundem* SATURNINA, MARTIALIque *injuſtitiæ pertinaciâ, ex occupato* MARTIS *campo expulit. Hinc ubique ferè*

jàm invenias Hoſtes tanquam Ollas contritas & HOMUNCULOS *viribus exutos, repentes humi fractos, atque deletos. Sed Proh! quot moleſtiarum devoravit, Sumptuum erogavit, lucubrationum, Vigiliarum, laborum ſudore mixtorum exantlavit; imò omnia quæ Martia Vi erant impetranda, omni ſatisfactione in ſua Sparta officiosè præſtitit, videlicet pugnare, cohortari, ſegnes increpitare, Fortes collaudare, circumſpectantes minis, Cuſpidem in Hoſtem vertere, omnes acuere, excitare, ſigniferos urgere: nullo loco, nulli muneri deeſſe; omni militari Cæſareaque glorioſa gloria micare. Hanc augent Lauream, tot Seceſſiones dicam: Talia per* BELLI στρατηγήματα *commendat inprimis regia ſtrenuitas, Vigilantia,* & *ad res gerendas promptitudo, prout illuſtrabit* & *exhilarabit Conſcientiæ ſuæ* TESTIMONIUM, *has eſſe res præclariſſimè geſtas à fortiſſimo Veſtro* DUCE, & *Invictiſſimo* HEROE *per quas ad difficilem experientiam militarem tam umbratilem quàm illuſtrem pervenitur, veluti perſpicax ratio humana Viam demonſtravit, quando prælii tempore, ferreos inter Hoſtium labores ſupra memoratos cruentoſque ſe immerſerat, verſans inter evidentiſſima Vitæ pretioſæ pericula;*

Digitized by Google

cula ; ſed Ipſius JEHOVA *fortiſſimorum fortiſſimus & * HEROS HEROUM *omnium mortalium immortalis tunc temporis, haud ſecus ac Vitrum potentias ſuorum hoſtium,* Arcuum, *Scutorum, Gladiorum & Bellorum frangebat*, Pſal.76.v.4. *Imo* JEHOVA *ipſius* Cuſtodia *fuit ad latus & conſervavit ipſius pedes ab omni Captura*, Prov.3.v.26. *Sanè talis eſt Veſter* DEI *Amicus* PRINCEPS AURIACUS *inviƈtiſſimus* HEROUM HEROS *ferocibus occurſans* GALLIS, *à quibus tamen ſatis acriter more Vulcanio examinatus & exaƈtiſſime probatus, etiam nunc, quaſi redivivus Virorum* PHŒNIX, *ex ſuorum Cineribus inviƈtiſſimorum* ANTECESSORUM *dimicando & fugando & necando & Hoſtium gloriam Vicit, Coronam dejecit, Viƈtoriam reportavit, Triumphum celebravit*, PROVINCIAS VII. *purgavit & præcinƈto ſuo Gladio per* MARE & TERRAM, *primitias* PACIS *recuperandæ procuravit. Ille denique* UNUS *præ aliis pluribus plurium Viƈtoriarum & Triumphorum Honores non ſine ſecunda mirabili & perpetua Fama, & graviſſima Authoritate exhauſit. Tetigit Vox aures meas, Ipſi* BELLI & PACIS *ſtudium Neƈtare quovis, atque Ambroſia, jam*

eſſe dulcius & nunc etiám in magnorum HEROUM *Numerum & ordinem eſſe Sereniſſimum* PRINCIPEM AURIACUM *cooptatum, meritóque in eorum* ALBUM *honorificè transſcriptum*, & *ad* THRONOS *Beatorum ſuorum* PARENTUM *ſecundum* DEI *Providentias ampliſſimè reductum. Ecce! Talis eſt* VIR DEI, *Veſter Celſiſſimus* PRINCEPS, *Amantiſſimus* PATRIÆ PATER, *Potentiſſimus* PROTECTOR, *Providentiſſimus* GUBERNATOR, *Sapientiſſimus* SENATOR, *Feliciſsimus* TUTOR, *Vigilantiſsimus* ACADEMIARUM CURATOR; *Religioſiſsimus* ECCLESIARUM CULTOR; *ut Ipſi Neſtoreos comprecemur vitæ longævæ annos:* Macte hâc gravitatis regalis gloria, virtute diligentiaque prodigiorumque ſecundùm omnia miraculorum præſagia benè ominantia, ab ALTISSIMO contendendo ad Altiora. Vivat itaque *Hic Princeps Opt. Max. ſuo natali ſolo in ſecula. Optimates, amatè, colite, ſuſpicite Eum tanquam Veſtrorum à* DEO *Vobis* SUBDITORUM *ſuaviſsimum* SOLAMEN, PROVINCIARUM DELICIUM, *divinam Magnorum* SPEM, *conſpicuum omnium Virtutum Honorumque* THEATRUM, *Mercaturæ* PROPAGATOREM

REM

REM, *bellicoſum Dominii Marini* DEFENSOREM, *denique plurimorum etiamnum Cœleſtium exactiſſimè* EXECUTOREM. *Quod quum omnia tam laudibilia* Artificum *opera quàm ſpectabilia* HEROUM *magnorum Facinora ſua ſibi habeant* MONUMENTA, *multò magis etiam Veſtro* HEROI *magno* THRONUS *quaſi* Dionyſi *cujuſdam triumphantis glorioſus exſtruendus erit? qui tamen, ut credere fas eſt, nequicquam à quoquam Arte ſatis Dædalea, imò ne ab ullo quidem Apelle aut Zeuxide pingi aut effingi poteſt coloribus ſatis ſaturis, vivis venuſtiſque. Sed in hac via laudis trita mihi Minerva mea ſuadet, ruminare illud Ciceronis:* Ubi rerum Teſtimonia adſunt, non opus eſt verbis. *Enimverò nominatiſſimus ille totius Europæ Archiater neutiquam pro Honoris magni ſpolio ſuum ſibi debitum reportavit* SOSTRUM *ab ægrotantibus* PROVINCIIS, *dum ipſe per ſuum* τὸ θεῖον *Eaſdem à Bello inteſtino in priſtinam* PACIS *refloreſcentis ſanitatem reſtituit. Nequaquam enim ignoramus, quot & quantis contriſtantium impedimentorum Hoſtilium externorum internorumque Machinamentis ille Hyacinthus floridus novellus jam inde à tenero cunarum puerilium rore fuerit inſidioſè verſu-*

téque impetitus ab inimicis æmulis de Ipſius felicitate vel infuſcanda vel ſuffocanda per viam Edicti *cujuſdam* Perpetui *promulgati contra Jus faſque omne. Vah acerrimos non minus quàm impudentiſſimos* PERSECUTORES! *Cæterum conſpirantes illos Injuſtitiæ fabros impotentes Omnipotens vindex* DEUS *tandem cauterizavit ignominiâ, Principem verò patientem coronavit gloriâ.* Multò namque difficiliora ac deſperatiora poteſt vincere Patientia Innocentiorum quàm violentia Tyrannorum. *Sanè Principis* οὐρανόθεν *tracti & acti erat Fata ex cineribus umbratilibus ad coronas caſtrenſes ac forenſes vocantia procul ulla mora ſequi atque in altiora immigrare. Nam ita placuit ſummo* JEHOVÆ *ſuam Voluntatem unanimiter ac rotundè intra repentinum unius diei gyrum ſuavi inſpiratione Populo in Animi aures inſuſurrare, ut Omnium Linguæ Vocem* DEI *volentis auſcultatam ſonarent, dum Principis procurantis beneficio per auſpicatiſſima primordia iterum dulcedinem Pacis aureæ redditæ propinatam guſtarent: quippe qui Princeps quaſi redivivus ſalvo* DEI *conductu evaſit notabiliſſima Felicitatis Divinæ Idea Fortitudiniſque*

veſtræ

veſtræ PRODIGIUM, *de quo Fama per ora Belgarum volitans jamdudum divulgat, quod Illuſtriſsimus hic Pacis Almæ* PROCURATOR *jam inde ab ineunte ætate magis ad ſtatum vitæ togatum quàm ad ſagatum, ubi plurimum ſanguinis humani Chriſtianæ profeſsionis ſecundum* DEI *irati vindictam effunditur, proclivis fuit. Nondum conticeſco, ſed etiamnum ſtat ſententia adſcribendi, quod tantus ille Juris amator ac venerator ab* INIMICORUM *Invidentia injuſtè condemnatus non ita nuper per juſta Populi ſuffragia ab* JEHOVA *ſuo unicè abſolutus, & cum magna benevolorum hominum Turba ad publicam Mundi gloriam ac ſalutare Patriæ decus ſolemniter in omnium invitorum conſpectu provectus atque exaltatus eſt.*

Quare Vos, Patriotæ, jam jam plaudite, cantate & jubilate omnes, pultate Tympana, clangite Tubis, intonate Bombardis, fulminate ſclopetis per omnes pagos, civitates, & arces. Enimverò ex cinere progignitur Phœnix, ex proculcata arena vitrum ſuboritur perelegans pretii maximi. Quia ASTRA *magni Veſtri Principis* JOVIALIS *Phyſiognomica ſunt in Ipſo perdilecta Externa*

Interni

Interni Animi Signa quæ ſplendoribus ſuis vociferantibus omnem Populum ad Lucem lucentem incrediliter alliciunt ac poſt ſe trahunt. Interim verò pateſit ex Hujus Natura; perdifficilem dari ad Pulchra acceſſum. Sedenim poſt Nubila PHœBUS.

Euge! Tametſi ego hîc malım agere Harpocratem quàm Iſocratem; omnis tamen campus Martius atque res ipſa clamitat, quod Fortunatiſsimus Veſter PRINCEPS *in hac ſua ſenili Juventute juvenilique ſenectute (ut ita Philoſophari liceat) ſolus vincentiſsimum in modum impræſentiarum multorum Heroum antiquorum imaginem per callem magnanimitatis generoſe dımicantis, ſuperantis ac triumphantis in ſe tanquam in ſpeculo exaluminatiſſimo repræſentavit, idque non ſine notabili Hoſtium malevolentiſsimorum admiratione. Præterea hæc non ſolum dicta ſunto Vobis* PROVINCIIS *Confœderatis Septem quarum habitatoribus Animus jam ſuavi infit refici Gaudio ac Jubilo; ſed omnibus etiam* IMPERATORIBUS, REGIBUS, ELECTORIBUS, PRINCIPIBUS, DUCIBUS, NOBILIBUS, MILITIBUS *Equeſtribus pedeſtribuſque*, MERCATORIBUS, RUSTICIS, *necnon omni Vulgo ſeu Plebis feci tam inter*

ETHNI.

ETHNICOS *quàm* CHRISTIANOS *per totum terrarum Orbem, ubi modò in aliquanto pretio haberi comperias ſtudium Juſtè Bellicum. Ita namque placuit Veſtro inviƐtiſſimo* AGAMEMNONI,*magnum hoc ſuum ſibi à ſuo* DEO *concreditum Talentum dignè & glorioſè conferre in* BONUM PUBLICUM MILITARE. *Militaris autem Imperatrix* BELLONA *ferè nunquam ſub ſua ſigna ſanguinolenta Polemarchum Practicum habiliorem recipit quàm perbenè inſtitutum atque deinceps traductum ad Ipſius diribitorium ex caſtris gymnaſticis* PALLADIS *Reginæ. Quum itaque* PRINCEPS *noſter in illis ſit tam ſingulari in* DEUM *ac* PATRIAM *pietate ac humanitate quàm admiranda eruditione, linguarumque neceſſariarum cognitione per annos non paucos affatim imbutus, Ipſe meritò inter cæteros Imperatores ac Duces bellicos bellicoſoſque tanquam Phoſphorus inter ſtellas firmamenti majores exſplendeſcit & cuivis victorioſo* Achilli *ac* Miltiadi *palmam præripit, atque ita tam Triumphalium Honorum quàm* Herculeorum *laborum* Atlas *evadit Cœleſti exiſtimulatus Fato; ut pro ſua candida probitate non niſi* PATRIOTARUM SALUTEM *quærat. Nam Optimæ*

frugi

frugi PRINCEPS *ad ſuas de Re Patriæ publica Conſultationes præ omnibus Mortalibus Immortalem* JEHOVAM *& Angelum magni Conſilii Theoſophicè adhibet, & vigilanter in Bello Armorumque Uſu per Spiritum Conſilii omniſcium circumſpicit, prout condecet omnem Heroicum Bellatorem & Publicum Pacis Venatorem. Nam vix ullus veterum Magonum in tali Juventute per calcata Anteceſſorum victorioſorum veſtigia ferebatur unquam in Mundo ad tantum Gloriæ miraculoſæ Culmen, ad quantum hic brevi convolavit. Quid quæris?* DEUS *Miraculis mirabilis, nec Ætatis, nec Naturæ, nec alterius prærogativæ carnalis habet rationem. Idcirco etiam veſtro* DAVIDI *huic Juniori ex mera gratia hanc ampliſsimam tradidit regnandi Provinciam, poſteaquam Eundem utriuſque Tabulæ Decalogicæ cuſtodem atque conſequenter etiam maturè ante annos plus Senibus ſapientibus ſapere fecit & magnatenus Salomoni Regi Iſraëlitarum philoſophantiſsimo aſsimilem conſtituit* 2. Reg. 3. v. 12. *Valeant itaque Opinatores illi toto cælo errantes qui blaterant omnes, de futuro habiliſsimo Reipubl. Rectore judicandum eſſe magis ex ſola Ætate quàm ex Pietate, Probitate,*

bitate, Ingenio, Judicio, Experientiâ, Arte Juſtitiæ & Marte Militiæ cæteriſque Prudentum Ducum Virtutibus eminentiſsimis. Quemcunque igitur ex Alto cæleſtis dignatur Virtus extollere in Altum, quantumvis ſit Iuvenis, is non malitioſe abjudicandus, nec faſtoſe reprobandus eſt. Quia Quæ, Qualia & Quanta etiam paulò ante noſtrum ævum magni illi Bellorum Duces MAURITIUS NASSOVIUS & SIGISMUNDUS *Tranſſylvanus compareſque ad quævis ſumma nati* cum DEO & FERRO *præſtiterint Iuvenes adverſus Senes, certè vel nemini vel perpaucis obſcurum aut dubium eſſe poterit. Memoriæ proditum eſt*, MACEDONES, *poſteaquam ab* ILLYRIIS *prælio pulſi fuerant, Rege ſuo puſione in cunis prælato, & ad arborem ramoſam in conſpectu aciei adalligato, longè acrius certamen repetiiſſe atque prælio victores evaſiſſe. Uſque adeò Eventus ipſe docuit*, Regimen Divinæ Providentiæ eſſe mirificum. *Enimverò* DEUS Opt. Max. *pro Hypermonarchica ſua ſumma Libertatis & Abſolutiſsimæ Poteſtatis plenitudine nonnunquam* Fatalia *pro captu humano* ORGANA *excitat atque armat* ſufficiente Autoritate *ac* Felicitate *tam* Belli-

Belligerandi *quam* Pacificandi; *idque potiſſimum, ubi ex florentiſſima Provincialis* Nobilitatis *corona carpere eſt* tantas *eximiæ* Prudentiæ *ac* Experientiæ Roſas, *quantæ ſunt, ut* Perſius *canit*, Juvenes Corpore, Mente Senes. *Ibi namque*, judice *Valerio Maximo*, iniquum eſt, Eum Honori nondum tempeſtivum videri, qui jam Virtuti maturus eſt. *Quæ memorabilia Ethnici optimè rhetoricantis verba juſtiſſimo jure jactentur in barbas hircoſas iſtis Parelicibus fatuis vitiligantibus qui næ nimium intelligendo faciunt ut nihil intelligant in* Ratione Status, *carentes* Judicio diſcriminandi *Iuventutem incultam à* Juventute exculta *omnigenis præclaris* Diſciplinis, Linguis & Virtutibus. *Quod ſi quis hîc malit ſuggillare quam à nobis recto talo ſtare, ille reſpiciat quæſo in publico ſuperioris ſeculi Theatro Duces Burgundiæ, Archiduces Auſtriæ & pleroſque Reges Galliæ, in quibus Summates Mundi non tam attendebant ætatem, quam illuſtrem nativitatem, Majeſtatem atque gladii prælio victoris felicitatem. Quod quum florentiſſimus noſter* Princeps Auriacus *magnanimis Heroibus laudatis par ſit nactus* genus, *par* ingenium, *par*

judi-

judicium, *parem* fortunam & *parem* dexteritatem belligerandi, *utique Eidem in his* VII Provinciis *almâ Divini Numinis Providentiâ conſtitutis non deneganda erat par* Triumphalis Corona, *par* Decus, *par* Honos & Gloria. *Et nemo enim* Honoribus Mundi ſummis *dignior eſt Illo quem* Deus *per omnigenam* Crucem *perduxit ita in ſuam admirabilem* Lucem, *ut evaſerit* Contemptor Vanæ Gloriæ Mundanæ modeſtiſſimus. *Manet igitur, quod ſua Regia Virtus, Prudentia, Sapientia atque Dignitas triumphabit atque in ſeculis trinepotum futuris Corona ſua ſemper virens lauri foliata* Vinca pervinca*que florebit, quippe quam ille in notorio iſto* motu temporum & *in tanta* concurſione *ac* perturbatione rerum *potius à* Cœleſti Fato *quàm ab ullo terreſtri Senatuſconſulto accepit. Quippe* Deus & Natura *per inſignia Ingenia Aſtralia in Phyſiognomia* Joviali *non operantur fruſtra.*

Ut igitur Vobis, Sympatriotæ, per argumentum paucorum exhibeam armentum multorum, ſic habetote : Veſter Celſiſſimus Princeps *eſt generoſiſſimus Tradux fortunatè proſeminatus ex Imperialii ac*

Regali radice atque ſtirpe, ex qua ſemper illuſtria nomina tanquam Aſtra fulgentiſsima tanto virtutum fulgore effulſerunt, ut ſpiritus dominandi Heroicus atque Potentia bellandi jam olim AURIACÆ PROSAPIÆ *credatur ac videatur eſſe hæreditaria præ multis* Familiis Mundi *aliis, quippe quæ* AURIACA *tantò excellentius à* DEO *amatur & glorificatur quantò ardentius Ipſa Illum amat ac glorificat. Multi quidem procorum in his terris connubium Cæleſtis* SOPHIÆ *perpetuum ambiunt, ſed* Imperatrix *ac* Regina *illa* Incomparabiliſſima *Nemini nubere amat niſi gerenti, in fronte animæ ſuæ, characterem ac ſignum Timoris ac Amoris* JEHOVÆ. *Nam abſque recuperata* DEI *regenerantis ac renovantis Imagine* DEO *recreanti ac vivificanti Nemo placere poterit unquam. Quanto autem* Lumine Devotionis *cæleſti ad exercendum* ſtudia Pietatis privatæ *quotidiana intra parietes Oratorii clauſi domeſticos* θεόθεν *perfuſus fuerit ille Veſter* PRINCEPS *probus, perfectius Me eloqui poterunt* Spiritus Cherubinici, *quorum inviſibilium tutelâ præſidiaria Ille nunquam non fuit circumvallatus, atque evaſit* EXSEQUUTOR *Mandatorum Divinorum expe-*

expeditiſſimus atque oriens AURORA *plusquam aurea ad recreandum ac vivificandum Animos Belgici generis humani deſperabundi ac propemodum moribundi. Quotuſquiſque verò auſit oggannire, tantam* Miraculorum Turbam *eſſe editam citra omnem Angelorum cœleſtium opem? Beamus itaque tales homines ſanctos quales ubique locorum ſuos ſibi comites ac duces habent perdocentes Angelos. Angeli enim jam olim vixerunt ante primam Monarchiam Mundi Nimrodianam ac vivunt viventque etiamnum poſt ultimam Romanam, atque interim condidicerunt tot ſeculorum Theologias ac Politias, nec-non percallent tot Nationum linguas, ut inter omnes Politicos ac Theologos mortales neminem ſibi habeant vel ſuperiorem vel parem ſeu ſecundum, ſed inferiorum Turbam maximam. Quantus igitur dicendi campus ſe mihi hîc aperiret, ſi colluberet ſermocinari vel de Exterminatore Ægyptiorum; vel de percusſore Aſſyriorum* 185000, *vel de Aſina Bileami, infatuati prophetæ, miraculoſe loquente atque Angelum vidente; vel de* ſcipione MOSIS *mirifico ad Mare Erythræum in quo ſuffocabatur* Pharao *cum omnibus ſequacibus; vel de Galliarum Rege Hollandis ap-*

propinquante, *ſed* Hollandiam *non intrante*; *idque non ſine ſumma multorum admiratione atque exhilaratione. Sexcentis pluribus* Miraculis *aliis tam ex profana quàm ex ſacra* Hiſtoria *enarrandis ego quidem immorari nolim: facere tamen non poſſum quin ingenuè adſcribam*, *quod miro* Providentiæ Divinæ *Regimine* Hoſtes *ſine* Hoſte, *neſcio quo* panico Terrore *perculſi, fugace deſperatione Provincias noſtrates confines derepente dereliquerunt, quas in illa tempeſtate occupaverant, qua paſſim Punica fides gliſcebat atque invaleſcebat. Atteſtetur de iſthoc* Symbolica *ſeu* Myſtica Corona *appenſa à Mulieribus Infantibuſque* Ardenburgicis *etiamnum virens in perpetuum Gallorum dedecus. Eorum namque inſontium ſanguinem tunc* Deus *effuſum iri noluit: quamquam* Tyrannus *nocturnus id diabolicè voluit. Quare, vos Galli, ite, & nunquam redite, ſed mortuorum* Echum *audite.*

Et ſanè quantus fuit, qui quæ tunc temporis videbantur quidem difficillima, citò tamen, imò facillime & modò non miraculoſe, cum miraculis ejuſmodi innummerabilibus, Veſter anteſignanus Armorum Vulcanus *reſtituit. Nam mox comperiebamus Abſentiæ tutelaris*

effe-

effectum inter Magnates, Milites, Nobiles, Cives, Ruſticos, & omnigenum Vulgum parere deſperatum Terrorem : ſpectatâ tamen Veſtri magni HEROIS *ab Angelis ſalveducti præſentia, iterum nova, quaſi Mentis* LUX, *Animæ* VITA, *Cordis* RECREATIO, *Morborum* PANACEA *in promptu fuit. Adde quod omnes Tremores, & Anxietates* SENATORUM CONSILIATORUMque *perplexorum, Temeritates* EXERCITUS, *deſperationes* POPULI *quaſi diffugientes* ÆGYPTIORUM *Tenebræ, coràm lucentibus Veſtri* SOLIS *radiis amantiſſimis iterum lumine novo illuminabantur: imò quaſi ipſa* DEI *Vox cœleſtis in eo ageret, removebat atque delebat & rebellandi anſam, aut viam contrà ſe ipſos diſcordiam agitandi, aut omni crudelitate factioſa hoſtiliter dimicandi cauſam tàm pernicioſiſſimam ut nihil ſupra. State? igitur & ſpectate? Vos Populi: Sic, ſic omnipotens Veſtrum* PRINCIPEM *juvans* DEUS, *mirè omnium ipſius conſiliorum laborumque Sophorum Eventa quaſi Veteris* TESTAMENTI *Miracula direxit & dirigit, atque contrà omnium captum ac intellectum, ſuâ opitulante manu, per talia ſuæ gloriæ inſtrumenta divinè præparata, militare Opus Coronavit coronati Veſtri* PRINCIPIS.

Atque indè ſolum remiſſa, eſt CARTHAGO METAMORPHOSATA, *cum omnium in-& externorum* HOSTIUM *terriculamentorum Umbra & ſucceſſu aliàs lachrymabili. Atque ità ille Veſter redivivus Celſiſſimus* PRINCEPS *Auriacus totus ſolus*, DEO *adminiculante, miraculoſè egit optima tam quæ* BELLI *quam quæ* PACIS *ſunt. Quid multa? Ille* VICTORIAM *glorioſe reportavit, alii verò non niſi* PROVINCIARUM PECUNIAM *per nefas magis quam per fas: idque meritò. Ita namque idem ſimul à ſuperis Famæ immortalitatem reportavit. Porrò Veſter inviċtiſſimus nunc Regalis Filius* JOVIS, *redivivus opimus etiam apud nos, tanquam alter quiſpiam olim apud* CELTAS *inde Nomine* CAII CÆSARIS & VICTORIS *inſuperabilis, aut* ALEXANDRI *Magni dignus. Nam* ILLE *etiam has Septem* FILIAS (*puta Septem* PROVINCIAS) *natas* ATLANTIS, *quas* REX *Galliarum* BUSIRIS, *Amoris flammis ergà illas flagrans, quaſi furtim per Mare eduxerat, nunc Victorioſiſſimè reduxit, etiam per* MARE OLYMPIARUM *adjuvante iterum* DEO *ſibi Viam fecit* HERCULEAM & *cum* CLYPEO *ex* LEONIS, (*nempe Hollandici*) *pelle contrà*

Vos

Vos agentes ferè ἀδαμάντες GIGANTES, *tam honorificè* OLIVAM *impetravit*, *imò* REGEM ERINGINEM, *multi-cipitem* DRACONEM *& in ſpecu ſua* LEONEM, *ut Venenoſiſſimos necavit* SERPENTES. *Præ-tereà, Veſter fortiſſimus* HERCULES, *etiam dominium Maris captantes* CECROPICOS CENTAUROS, TAUROS GERONIS, APROS, EQUOS *Sylveſtres* CERVOSque *Cornubus aureis omnes cepit Vivos* HOLLANDIÆ PRATA, FLUMINIBUS *omnia putentia ſtercora abluentibus perpurgavit, & Harpyias perniciosiſſimas ex Veſtro quaſi* STYMPHALORUM *Mari*, *non quidem aliquo Cupreæ paropſidis ſono, ſed tamen non ſinè ullo ærearum* BOMBARDARUM *fulminantium tono iterum heroicè, Victoriosè, gloriosè Proavorum more ſuorum immortalium expulit*, & LYNCEM TAUROSque *maximos ignem & flammas exſpuentes atque agentes* MARTIS *Templi* CUSTODES *enecavit: imò Veſter Thalaſsiarchicus* JASON *epibatis præfectus tranſnavigantibus in expugnandam* COLCHIDEM, *ad petendum ex tacto* MARTIS *Templo*, AUREUM VELLUS, *ab ovibus* ATLANTIS *rubris*, *etiam Mala ex Horto* HESPERIDUM *aurea maxima dexte-*

ritate decerpſit pariter atque HIPPOLYTES REGINÆ AMAZONIENSIUM *cingulum deportavit. Præterea adhuc Veſter Heroicus* PRINCEPS *intra unius Anni ſpatium ſub Mare bis terve vicit, atque omnibus hominibus ita libertatem ferè amiſſam reddidit, non ſolum ſimpliciter, ut* THESEUS *ex* HERCULIS *Familia, qui omnes artes Herculeas Certandi laude Rumoreque maximo peregit: non ut* JOVIS *Filius, ſed ut* IPSEMET HERCULES, *pene adſcripſiſſem, alter aliquis* JUPITER. *Itaque adeſte, & omnia dicite quæ ſalutariter ad Veſtri magni* PRINCIPIS *glorioſi gloriam ſunt dicenda. Nam &* RHADAMANTHUS *olim teſtabatur de* JOVE, *quod Cretes cæterique* GRÆCI *ſuum* JOVEM *non ſolum* ἐραστὴν *ſeu* AMATOREM *vocabant maximum, ſed pluries etiam* Ζωοποιητὴν *ſive Vitæ ſuſtentatorem. Quare ſi per Religionem liceret, vos poſſetis Veſtrum nondum admodum barbatum Principem, ex Auro ut* LACEDÆMONIENSES *ſuum* JOVEM *inſidentem Throno eburneo etiam effingere, qui in ſua dextra teneat manu Vigilanter contra* PATRIÆ *Hoſtes* SCEPTRUM *ſive* FLAGELLUM, *in ſiniſtra verò* SAGITTUM *fulmineam & flammeam ad enecandum*

terra marique quemvis GIGANTUM *ſubter ſuos pedes, proſtratorum. Quinetiamſi volupe eſſet!, Vos poſſetis Veſtrum* JOVEM, *inter novos numerare* PLANETAS, *quia ipſius Nitor etiam multò ſplendidior eſt in* ORIENTE *quam illius in ſuo erat* OCCIDENTE. *Requirenti autem Hypotypoſin, picturam ac ſignaturam ajo: Ipſius Gloriæ*, PACIS & BELLI *Corona debet eſſe flammea, Veſtiſque ipſius* LAZULI *Coloris, & ſtellulis ſtellata, & in ſuo Ætatis flore, more Antiquo etiam* QUERCU & OLEA, *ut talem decet* APOLLINIS VICTOREM, *meretur meritò* PALMA *ſeu* OLEASTRI *Coronâ Coronari, qualis ſuis ſeptem Sagittis* LAURI MYRTIque *foliatis* DRACONEM & BASILISCUM *ex* GALLI *Ovo prognatum heroicè & cordate ſeminecem fecit, &* PALMAM *ſemper vireſcentem glorioſe reportavit. Evax! convolate ac procul ulla mora donate Veſtro magno* HERCULI *Coronam* OLEASTRI *laudatam, atque affatim* MALORUM *aureorum ex* APOLLINIS *Templo decerptorum. Sub hæc Vos poteritis, ſi magnifice vos gerere volueritis, architectari Victori triumphalem Thronum, eumque non fragilem, qualem*

 priſci

priſci gratulatores ſabricabant ſuis, ſed ex cedrina materia, ſcabellum verò pedum ex immarceſcibili Suberis *ligno vel ſimiliter* Jovis *ſacello quod olim erat ex ſago. Ipſe autem Triumphator ut Pacis* Fundator *teneat Ramuſculum* Palmæ, *aut frondem* Palladiæ Olivæ *ſuâ dextra immarceſſibilem qualis in æternum victura & Vitæ ſuſtentatio, &* Panacea *contrà omnis generis Venenum ſit atque eſſe poſſit Ipſi* Laurea *ſemper Virens Vera.*

Ecce Populus! undè Hollandiæ *Salus. Quapropter etiam exclamate, more congratulantium Chriſtianorum ſolito:* Vive! Regna! Pugna! Vince! Triumpha! *Heroice* Princeps, *qui noſtræ lætitiæ Laureatæ es* Nuncius. *Nam Cuſpides Gladiorum tuorum ſemper Lauro ita coronatæ fuerunt ut in tuo reditu, complodere neceſſe habuerimus pergentes jubilare:* Victorioſe Vive! Clementer, & piè ſemper regna, donec iterum Triumphi Lauream, in Jovis Gremio reliqueris, aut depoſueris.

Denique Deus, *ter Optimus Maximus, qui omnis generis bona gratioſiſſimè tibi eſt* largitus, *Salvum Te Illuſtriſſimum, Celſiſſimum*

Prin-

PRINCIPEM *Clementiſsimumque* DOMINUM *noſtrum ac Neſtoreos in Annos incolumem conſervet*: *Quo* PATRIÆ *ſummo cum Amore ac Honore, præeſſe, atque favore ac patrocinio prodeſſe, ejuſdem emolumenta unice promovere, ac provehere commoda atque tanta præſtare valeat, quanta toti Familiæ ſuæ Illuſtriſſimæ honorifica, ſibimet ipſi maximo* PRINCIPI *Heroico ſalutaria eſſe posſunt.*

Apprecor denique ut DEUS *Optimus Max. poſtea etiam Viridantibus Tuis* STIRPIS *Auriacæ* RAMIS, *pariter atque ſuccreſcentibus ſuis* RAMULIS, SURCULIsque *tenerioribus ad conjungendos cum* FAMILIÆ *Illuſtriſſimæ Vetuſtate benedicat; porrò quoque Virtutum Heroicarum* FRUCTUS, *Diu Multumque in hac Vita florentes conſervet, cumque præ exhauſto* VEGETABILI *ſucco jam exaruerint, ſidelis inſtar* HORTULANI, *per honorificam tandem in alterius Vitæ melioris* PLANTARIUM *tranſlationem, Cœleſtibus* ARBUSCULIS *inſertos, rorulentoque* PARADISI *Nectare irrigatos, ad immarceſſibilem perpetui* VERIS Florem, *Germinationemque perducat.*

PANEGYRICUM.

O! Magne PRINCEPS

Vive { DEO, *qui* AUTOR *eſt Vitæ,*
CONSCIENTIÆ, *quæ Vitæ eſt Vita,*
FAMÆ, *quæ poſt Vitam eſt Vita.* }

Præterea

Solo { *Ex* DOMINI *Verbo tibi ſit* SAPIENTIA *vera,*
Ex CHRISTI *merito tibi ſit* FIDUCIA *vera,* }

In vitæ CŒLO *quoque ſit tibi* PATRIA *vera.*

Mihi verò

Etiam, da DEUS *Pater,* FILI & SPIRITUS *Sancte, noſſe* TE, ME, MUNDUM, Amen.

Æqui bonique Conſule,

Fave, Fove, Vale, Vive, Certa, Vince, Triumpha, regna, ſecundum æternum Edictum Omnipotentis DEI, *qui eſt* A & Ω, *Omnia implens in Omnibus.*

Sum CELSIT. T.
Humillimus, ſubjectiſſimus, ſervorum ſervus,
JOHAN. FRID. HELVETIUS,
Medicinæ Practicus & ſemper Studioſus, Hagæ Comitis.

PRÆ-

PRÆFATIO.

Viri, Nobiliſſimi, Sapientiſſimi, Celeberrimi,

MEMBRA

IN

GERMANIÆ

Curioſis incolis Ornatiſſima.

An ſich ein Stündlich tod ſeinder
Menſch Ewig an ſeine kurtze Le-
bens-zeit ergiebt / dan betreügt er
ſich gewis. Dann die zeitt / ver-
geſelſchafft mit dem auß-ſtell / freſ-
ſen das ende ſeines angefangenen
Wercks auff / und er ſelbſt ſtirbt
ein verdroſſener Arbeyter / welchem ſeines
rckes anſang / allezeit ſchweer / das Mittel
hrlichen und die End-findunge unmöglichen
ein geſchienen hatt. Und halten die Heydeni-
/ Ariſtoteliſch vertröſtunge dan nöthig / alß
e von böſer Sternen Einfluß weren begleitet
den. Umb alſo ohne Danck / für ihr gut ge-
e wercken in die Erde begraben zu werden.
veil mir dan hier im meinem beſchreibenden
hlein / dieſe Gemüths-plagen nicht hinder-
ı ſeind / auch nicht das fürwiſſen daß ich vie-
er ARTZENEY erfahrenen ein Verdrus oder
ſein werde / ſo will ich doch fortgehen: Ja
ich mich auch bey vielen verkehrten / und
loſen Uhrtheylern ſtellen zu ſein / ein Werck-
meiſter

Digitized by Google

meiſter meines eigenen Unglücks. Dann es iſt gewis / ob dieſer mit einer bleyern feder gleich trachten würde / mein woll-verdientes Lob zu verkleinern / ſo ſoll es doch jener mit ſeiner güldenen feder ſuchen zu vergröſſern. Dann meine ſchuld/ die ich inder ARTZENEY Erkäntnuß auß Erfahrunge bekommen / muß ich bey meinen Nebenwirckern ablegen / ſonder auzſiel der zeitt / und gegen alle verhinderliche macht des Neyds. Dan von der ARTZENEY-Kunſt nutzen zu leben / gibt den Krancken geſundheit/ und dem Artzten Ehre/ und lebens-mittel / und Gott wird von beyden dar für gedanckt. Dan das groſſe bloſſe Ehr anſehen eines ARTS in ſeinem Nahmen / ohne that / iſt ein noch vielleichteren verſchwindunges Geiſt / als der Nahme des Schnees/ wan er von einem kleinen Sonnen-ſtrahl zu waſſer geworden. Dan dieſes iſt auch zu jeder zeit der zweg meiner gedancken geweſen / ümb mit dieſer Welt glückſeligkeit gezihret zu werden / als andere meine fürgängers der Hochlöblichen früchtbringenden Geſelſchafft der ARTZENEY zu gethanen in Teutſchlande / daß ich vor meinen wenigern Blumen/ zu ihres Krantzes einflechtunge / eine kleine hand vol beybringen möchte / nicht zweiffelende deren daraus fortkommende / und in eines guten Natur-kündigers gehirn ein geſäeten Sahmen / ſoll ſich in der vermehrunge auch noch vielmehr veredeln / durch ſeine gute wiederherſtellende wirckunge der verlohrenen geſundheit/ darmit nebenſt den

einge-

ıgekräntzeten fleiſſigen für-her-wirckern/ auch die
hre meines Vaterlandes und das heil der un-
ſätzbaren freyheit in der Artzeney durch Gött-
he erleichterunges-mittel / nach meinem Tode
ch leben möchten. Und nach gnugſam tieffen
ıterſüch / ſollen meine viel weiſere rechtfertige
chters in meinem werck finden / daß mein ge-
ſſen mit keinen ausſätzigen Ehr-geitz ſonſten be-
ckt / noch deſſen Regierunge in meinem Ge-
üthe nicht gefunden wirdt / als dergleichen
ınde / welche dan aus anderer Weiſen ſchriff-
ı ihre ſelbſt beweißliche Wahrheit entlehnen
iſſen / und die dan nach ihrem Tode den Nach-
ımlingen / nichts mehr / dan bloſſe Mehrleins
der Kindern nach erzehlunge und verwunde-
ıge ohne etwas nutzbares hinderlaſſen. Wie
lles gewiß / daß in der Artzeney-werck meine
eit / ſo woll als anderer meiner fürgänger/
d nachfolger/ von verkehrt-ſinnigen Menſchen/
ch ihren unrechtmäſſigen Urtheilen den zoll ſol
en müſſen; doch ſo will ich den Schatten / an
tt ihres eigenen leybes / ſo viel nicht würdigen/
ſer ſolte krafft haben in meinem gemüthe / eine
gedüldige gedult zu verurſachen / und derer
ıdige dapfferkeit / ſol meinem unerſchrockenen
tzen keinen ſchrecken einbringen / mich in mei-
n noch ferneren dergleichen wercke zu verhin-
n. Dan ich habe niemahls in allen meinen
chrifften/ als nach gemeinen Bücher-ſchreibers
h geſucht / mit vielen langen ausgereckten/ un-

nach-

nachſpürigen dingen / und blos ſchön klinckenden worten und verheiſſungen die Ohren voll kützelungen / und das Haupt krebes-füſſig wandelenden gedachten zu machen / als ob man aller dinge ungewisheiten ausgründen könte. Dan wan man auch die allerſchärffſtſehende Augen des Verſtandes / gleich den aller klärest / alles durchſcheinenden ſtrahlen der Sonnen gleich ſtellete / ſo iſts gleich woll wahr / daß ſolchen nicht allen eine geringe überhinlauffende Wolcke hinderlichen iſt ; ſondern ſelbſt ſo können ſie die allerſchlächtſte auffſteigende Erde-dämpfe nicht durch ſcheinen.

Ich ſuche hierdurch auch / andern Menſchen nicht zu Wiſſenſchafften / und Künſten / verleytige wege des Reichthums ausfindungen an zu weiſen ; ſondern allein ſo ſind es nothſachliche gemüthts-vergnügungen / bey allen welche der doppelt von Gott / und der Natur geadelte Erkäntniß der Artzeney liebhabern / und dergleichen ſchläfferigen gemüths auffweckungen und ermunterungen / erfodert das Recht der Göttlichen Schöpfunge allen geſchaffenen dingen / der Thieren / Gewächſen / und der Steinen / ſo ſie in warheit / und werckungen / Gottes wundern zu ſeinen groſſen Verſtandes wegrückenden weißheits Ehre / in Schöpffunge / anzeigen ſollen. Ubriger Reichthum findet ſeine verwerffunge / in den Abgöttiſchen Iſraëlitiſchen Gold-klumpen / welcher in vieler hertzen ihm ein anbittlichen

chen Altar auffrichtet / dadurch der Menſche ſei-
nem eigenen fleiſch und blute freywillig beſchwer-
lich fället. Doch Wiſſenſchafft iſt beſſer dan Gold/
und dieſe groſſe laſt des bloſſen Reichthums / ſind
en Schultern meines Glücks zu tragen / nie-
nahls auffgelegt geworden / durch einzige pricke-
nde begehrligkeit; und weiß auch nicht / von
rgleichen gemüths-beſchweimungen. Dann
ß nun zu / habe ich ſolche ohne niederfallen ge-
agen. Und ſo ich des glücks in meinem alter-
um nicht genieſſen werde / meine Herbergſam-
t an den Mercurium zu erzeigen/ ſo werden
ines Hauſes ziegel mihr an ſtat güldener blat-
dienen müſſen / darmit ich trincken / eſſen
ſchlaffen mag. Und verdrüßlichen habe ich
r ſelbſten in den vergnügungen niemahls zu
n gefunden / dieweil mein Ende den Anfang
eſſert hatt / und meiner wiſſenſchafften und
iſſen anwachs in Göttlchen und Natürli-
/ haben an mein gemüth einen widerſchein
es woll-verdienten Lohns von meinen wer-
gegeben. Und wie woll der jenige / welcher
weigende jemand Ehre giebt/ niemands lob
inert/ ſo ſoll ich darvon ſchreibende und ſpre-
: / Gottes ehre nicht benehmen/ ſondern alß
echöpf Jhm in allen ſolche allein geben/und
unverfälſchete beſtändige getreuigkeit/ wel-
allen in dem Naturæ Curioſo Collegio mich
g zu ſeyn/hierinnen bekenne/ ſoll ich in dem
eſtigen. Dann beſtändigkeit in getreiheit/

***** wird

wird allen Welſchätzen/billich fůr gezogen; Nichts deſtoweniger bitte ich ein jeden/als ein unterwůrffiger beſſeres Uhrtheyls von meinem thun / daß/ ſo etwan ein zweiffel dabey were / er doch nicht urtheyle / als ob es darumb die Wahrheit ſolte ſtreytig machen können/ und ſo etwas were / das nur ein bloſſe verwunderunge mit ſich brächte bey den unkundigen des grundes der Artzeneyſchen ſachen / daß es doch nur ſo bleybe. Dan ſich über ein ding verwundern / iſt bey vielen viel leichter zu thun / dan daſſelbe zu begreiffen / und ſo ſich mein gantzes thun / in ſolchen Artzeneyiſchen verhandlungens wegen belachlichen befindet / iſts auch woll / dan dieſe gatung von unverſtändigen/ oder Sinnen-gekränckten gegen-feinden / habe ich mit dem auswartten / derer belachenden frůhlinges freide mehrmahl bald verändert geſehen/ in eine traurige Winter betrůbnůß / und ſind von ihres eigenen verfinſterenden verſtandes fehlern in der Artzeney arbeydt / als ſich ſelbſten betriegers / in ihr Geſchlächt-Regiſter eingeſchrieben. Und die weil ſolche/ an die alles erluechtende ware Gottliche weißheit / der Natur ſchuld ihres berufes nicht bezahlet haben / haben ſich ſolche als blind-geborn gebliebene/ in die Hände der Spötter ůbergegeben.

Nicht deſtoweniger bleibt mein verſuch an die viel weiſerer/ verſtändigerer / länger in Artzeney geůbterer Herren / und ůber genugſamerer Richters des Collegii Naturæ Curioſorum, wer ? und

wo ?

wo/ſie nur ſind/daß der Schatten ihrer Hand-palmen/ meinen guten willen im wercke befreye / von den Saturniſchen ehren-abbrennunges Strahlen der Unwiſſenden. Und ſo ſich etwan in meinen Schrifften / meines unglücks mißſchläge finden möchten / daß ſie ſolche dan der leicht-irrenden Menſchlichkeit zu ſchreiben wolten. Gedenckende daß jeder Wett-lauff ſein Ende/und jedes Thurns Spitze ſeine höhe hatt: ſonſten hätte ich nebenſt den mißſchlägen auch das jenige getroffene / und nun müſſen vergönnen/daß ſolches zuſam die engte meines grabes mit ein geſchloſſen hätte; dan die verbeſſerunge ohne thadel/weil die kürtze der flüchtigen lebens-zeit des Menſchen / ſolches nicht zu laſſen/ unangeſehen der von Gott in der Schöpffunge der Seelen zum leben eingeblaſene Geiſt des lebens / in dem Leybe/ in ſein kennis/was Göttliches iſt/ ſo iſt er doch unvolmacht in kennis / in dieſem zeitlichen leben/zu was zeit/und Stunde er auff Göttlichen befehl/ und Ordnunge in der Natur / dieſen abſcheyd wieder nehmen/ und aller ſeiner Sinnen bewegungen / dan dem Gebiete des Todes ſtill zu ſtehen / Volens nolens ſich wieder ſeinem einblaſer übergeben muß.Und wiewoll es gewiß iſt / daß jemandes geſtorben lob/ſein Leben in dem Tode wiederfindet/ ſo iſt ſolches gleich woll viel müglicher in den gemüthern / der noch lebendigen lob verdieneten. Dan meine begiehrden ſind auch an ſich ſelbſten nicht unmäſſigkeiten / welche der narren Laurier-Blätter/ſondern daß ſolche nur ihre beharlich-

keit in meiner ſehr mächtigen Beſchirm-Herrens gunſt genieſſen möchten. Gott Segene das werck aller Gottsfürchtigen eingeſchloſſenen werckſahmen Männern / in dem Collegio Naturæ Curioſorum, und nehme ſie nach erfodern des Lohns / wegen des ausgeführten werckes Ende / dar Gott durch verherrlichet wird / oben in den Ewigen Paradiſiſchen Frewden-Platz / der Ewig unendlich iſt. Und im übrigen / wachſe aus deren arbeyt / und grüne aus deren fleiß / noch immerdar die begierde zur wollfahrt des Hochlöblichen Collegii Naturæ Curioſorum welche aus krafft der ihnen von Gott / und der Natur gegeben anfängen / zu Gottes ausbreitenden Ehre gegeben iſt Amen.

Ich Sterbe / als ich mich verſprochen /

NATURÆ COLLEGII CURIOSORUM

Dienſtbleybend /

JOHAN. FRIDERICUS HELVETIUS,
Medicinæ Practicus & ſemper Studioſus,
Anhaltinus Cothonenſis,

Jam in Hollandia Hagæ-Comitis,

In den Jahren der Holländiſchen Göttlichen Miraculen 1674, 1675, 1676.

DE-

Digitized by Google

DEDICATIO

AD

MEDICINÆ STUDIOSOS,

Muſarum rore, Humanitatis decore, Virtutum optimarum ſplendore, Ingenio ingenitis, & Eruditione politiſſimis, Viris Nobiliſſimis, Dominiſque Artis Medicinæ Rationalis & Studioſis Spagyricis Expertiſſimis; Phyſiognomiæ, Metopoſcopiæ, atque Chiromantiæ rerumque Signaturæ Signantis rei ſignatæ Exercitatiſſimis, ut & omnibus Amicis dilectiſſimis, liberè, meritoque offert MICROSCOPIUM hoc veræ Medicinæ rationalis J. F. H.

Curioſiſſimi, Ingenioſiſſimi Expertiſſimique Viri, ac in Medicina rationali Exercitatiſſimi Domini Studioſi.

CICERO virorum doctiſſimus optime dixit: *Sapientiæ Vires & Nervi ſunt, non facile credere.* Verum enim verò boni Philoſophi mentis attento oculo videntes, Scientiam & Cognitionem rerum naturalium, non quia cre-

dunt, ſed organicis oculis vident; Pſeudo-Philoſophi verò, ſæpiſſime ex ejuſmodi Circes poculo inebriati, ex omnibus rebus hauriunt, credentes ea, quæ non vident, unde etiam quaſi in BELLUAS, immundaſque transformantur SUES, & injuſtè illi gloriantur, ſe eſſe Philoſophos perſcrutantes CREATORIS Creaturarum creatarum ſecreta miranda, Vires & Effectus mirè operantes; Stultorum more verò illis nil reſtat, niſi ſapientia hæc de Naturæ inſtinctu aliquo, qualitate occultata, Sympathetico aut Antipathetico magneticoque effectu, pueriliter fabulari. Sapiens tamen, tenens clavem Creaturarum CISTAS rationaliter ad aperiendum, & Theſauros iſtos ad excipiendum, utitur ad hoc opus Signaturis ſignantibus externis, quæ rationis ſunt inſtrumenta pro Viſu, Olfactu, Guſtu, Auditu & Tactu, & hoc maximè ad indagandum Naturæ Lumen, & ad videndum Myſterium ſummum rei ſignatæ viſibilis, modo in operatione & Effectu potentiali, aut actuali. Nam & decet bonum Naturæ Curioſum Phyſiognomicum aut Metopoſcopicum, Chiromanticum aut Signaturæ expertum, ita de certitudine & veritate rei philoſophari, & per tale Microſcopium inſpicere Theſaurorum Regagale palatium, imo eorum portas ad majora ſemper aperire, & per illas ad foras ire, ubi per ſapientiam Dei, fontes & flumina ad acceden-

dendum fluunt, ex quorum Rivulis Sophorum, mentis ore deguſtare & inebriari poſſunt. Ergo primordia rerum ei ſunt indaganda plurimùm, qui in omnibus ſuis ſapientiis ſcientiarum Experimentorumque non ſolum ſe nomine magni Philoſophi venditare, ſed ex re ipſa in naturalibus, cum ratione convenientibus, & ſufficiente demonſtratione coram oculis repræſentare cupit.

Plurimorum tamen Scholaſticorum Animi ventoſa recreatio ex ſcriptis Ethnicorum fabuloſis laboriosè petita, imò inanis ſcientia, cognitio cœca, experientia fallax, demonſtratio Carteſiana mendax, reſcriptio & repetitio imperfecta memorialis, & extemporalis degenerans in Poſterum fabulas, hodie pro Veritate ſimplicibus & incautis Diſcipulis Academicis vendunt, & reportant aurum ſolvens pro fraude.

Curioſiſſimi, ingenioſiſſimi Domini Studioſi Medicinæ, Per fidem verus intelligit Chriſtianus, S.Sanctam TRINITATEM, per ſuæ Omnipotentiæ actuale verbum FIAT, ex NIHILO, totius Mundi MACHINAM creaſſe, & per illud etiam omnes creatas CREATURAS Regni ANIMALIS, viventes per vitæ SPIRITUM in AERE, & AQUA: & REGNI VEGETABILIS creſcentes per Vegetationis FERMENTUM in TERRA & ſub AQUA; & Regni MINERALIS, accreſcentes per indurationis

Fermentum produxiſſe & provocaſſe, & poſtea per illud ipſas per ſui ſimilem, in propria Natura ſe propagare, & multiplicare, benedixiſſe.

Ad cognitionem verò omnium creaturarum Naturæ propriæ, ſecundum diſtinctionem & variationem earum, ſimul ipſis impreſſit Signaturam aliquam externam, ex qua ante lapſum Adami, ex cognitione Imaginis Dei, omnibus dedit Nomen proprium.

Signaturæ aut Litteræ hujus magni Naturæ libri diverſæ & variæ ſunt externæ Formæ, Figuræ, earum Sapores, Odores, Fœtores, Colores, Soni, Tactus, Lineamenta recta, fracta, longa, brevia, tortuoſa, lata, profunda naturalia, etiam accidentalia, ex quibus poſt lapſum, Regum Salomon ſapientiſſimus, de Cedro montis Libani arbore, uſque ad Hyſopum murariam à Jehova accepit cognitionem infallibilem.

Eorum verò multi, Salomonem qui ſunt ſequuti, in ſuis Academiis ſtudium hoc nobile de Physiognomia Hominis, & Signatura rerum exercitaverunt, & perfectè judicabant de hominis Animi paſſionibus, & Corporis malis aut bonis conſtitutionibus, aut rerum Balsami virtutibus, aut Substantiæ utilitatibus, & Sympatheticis aut Antipatheticis Effectibus.

Physiognomia & Signatura, ſunt quaſi

quaſi Urim & Thummim ad illuminandum cum ſuo lucente influxu hominis quinque ſenſus, ut ab rerum Natura intellectum ratiocinandi acciperet & de ſigni externi rei ſignatæ miris, à Jehova, & implantatis miraculoſis virtutibus & effectibus ad Dei Gloriam, Hominiſque uſum, veram cognitionem haberet.

Vide Job. *Recordare ut amplifices opus ejus, quod contemplati ſunt mortales.* Job. 36. v. 24, 25.

Antiquorum moris etiam non ſolum, ſed & noſtrorum uſque in hodiernum diem fuit, per Physiognomiam pro defuncto Hominis Nomine ipſius Animi Paſſionum Æternitatem, immortalitatemque depingere variis modis, pro Poſterum memoriæ repetitione; Multi vivis Phyſiognomiæ coloribus ſuper chartam, aut linteum, aut lignum depinxerunt, alii in Gypſum, Aurum, Plumbum fuderunt; Alii in Annulorum pretioſos lapillos in Alabaſtridem, aut Marmor ſculpſerunt &c. Et ita legere poſſumus, ſecundum virorum Animi paſſionum conſtitutionem promptam, etiam ejuſmodi Harmonicam dexteritatem nempe Virorum ingenioſiſſimorum, judiciorum acutiſſimorum, aut ſtudiorum profundiſſimorum, Scientiarum rariſſimarum, Arcanorum magnorum, Experimentorum plurimorum, Artium Liberalium perfectiſſimarum, Virtutum nobiliſſimarum, rerum tam Politicarum quam Eccleſiaſticarum, Actionum Fa-

ctorumque Heroicorum & bellicorum. Ex tali judicatur depicta Phyſiognomia, de Ciceronis, Platonis aut Senecæ judicio acutiſſimo, ſapientia extraordinaria, ratiocinatione perfectiſſima, Prudentia & Naturæ lumine maxima. Item de Duc D'Alba, Tylli aut Wallenstenii Tyrannidis horribiliſſimæ Ethnicæque præferentia, fame canina, carnis manducatione, & ſanguinis ſiti valde falſa, crudelitatum omnium furioſæ inſaniæ exercitio, infernalium ſpectrorum facto diaboliciſſimo. Ex quorum Caini Signatura, & Judæ Physiognomia illi de vitæ ſcala dejecti ſunt in inferni abyſſum, pro infernalium Spirituum ſempiterno convivio inconſumptibili.

Veritas hujus curioſi, & naturalis ſtudii Phyſiognomici, latet in vultus ſignis, antea recitatis externis, præcipuè verò in faciei Lineamentorum bona vel mala forma. Nam Phyſiognomiæ Lineamentorum Rami ſubtiliſſimi ſunt fibræ carnis ſubcutaneæ, quorum radices in membranulis circumdantibus, quinque Organicarum partium nervos, ex quarum contactu rerum ſenſum vel Viſui, Auditui, Tactui, Guſtui aut Olfactui ſentiunt, & rei contingentis Naturæ aut Sympatheticæ ad appetitum, aut antipatheticæ ad nauſeam moventem ſpiritum vitæ hominis ad ratiocinationem Amandi aut iraſcendi cum voluntate iraſcibili,

ſe-

ſecundum animi paſſionum cauſatam naturam de aliquo objecto, aut eſt motus totus ſolus pro Spiritus meditationibus ſpiritualibus, aut pro corporis partibus Organicis, ſtrenua cum oculis videre, Auribus audire, &c. grata aut Naturæ ingrata, imò cum omnibus corporis partibus ſatisfacere concupiſcentiis Carnis, ſecundum naturalis rationis & voluntatis appetitum aut impulſum. Qualis animi paſſio, jam propter vultus Lineamentorum mutationem ordinariam in aliam formam tortuoſam, facile judicatur de omnis hominis bona aut mala Animi paſſione dominante.

Spiritus vitæ verò ex ſenſuum intellectu, cum ratiocinatione illuminatus, & per voluntatem paſſiones ſuas perficiens, in partibus Organicis aut corporis, ille per ſuum motum ſpiritualem, totius corporis partium humectans humidum radicale aut Lymphaticum glanduloſum membranulas unius partis organicæ calefacit, & fermentat, & ſi Animi director fuit de amoris paſſione, tunc Nervi oculorum videndi, Aurium auſcultandi, Narium Olfaciendi &c. blandè moveantur; & ſecundum iſtum motum fermentativum relaxentur, etiam totius Phyſiognomiæ lineamenta relaxata & cum amœno adſpectu ſe habent, ſi verò de Iræ paſſione, tunc ſtrenuè moveantur, & ſecundum iſtum motum efferveſcentem contrahuntur, etiam totius Phyſiognomiæ linea-

lineamenta contracta, & cum ingrato adſpectu ſe præbent.

Si verò de Tristitiæ paſſione, tunc lentè moveantur & ſecundum iſtum motum putrefacientem labefactentur. Etiam totius Phyſiognomiæ Lineamenta labefacta & cum triſti adſpectu, Morbum aut Mortem Animi & Corporis indicant, & vice verſa etiam moventur. Spiritus vitæ ab externis contingentibus, nempe ſi humores corporis ex Saporibus, Fœtoribus, Coloribus, Sonis aut Tonis & Tactibus confermentantur ad Animi recreationem aut ad Animi contritionem, unde in Phyſiognomia ejuſmodi ante dicta ſigna lineamentorum ſignantes tales Animi paſſiones, bona aut mala cauſa externa.

Nam hoc certiſſimum eſt, omnes rerum Odores, Fœtores, Colores, Soni & Tactus, vim ſecundum ſuam Naturam fermentativam, Efferveſcentem & Putrefacientem habent & proprium horum trium eſt, rem immutare, ejuſque Natura veteri deſtructâ, novam producere. Sic faciunt in ſua natura deſtructiva, rerum Fermenta, Efferveſcentiæ & Putrefactiones, ex quorum motu proveniunt ſigna Phyſiognomica externa, ad judicandum de interna Animi paſſione & Corporis conſtitutione, attamen Scientia Phyſiognomica plurimis Philoſophorum eſt minera mortua, & nihil de propriis habent communicandi aliis Sophiſtæ.

P A-

Paracelsus de Medicis inquit Schiſmaticis: *Ille Medicus, qui in ſuâ arte judicio caret, quod non poteſt ex rei ſigno ſignato habere Medicinam, ille Medici nomine indignus eſt.*

Crollius inquit: Signatura *eſt Traditor ad iſtum finem rebus implantatus, ut poſſibile ſit rerum internarum occultarumque perſcrutari ſingularum virtutum Vires & proprietates.*

Helmontius ait: *Rerum Signaturam* Dei *eſſe Donum, & quod poſſeſſori non libitum ſit iſtam aliquem docere, nec vulgari more, niſi in ſecretis, in Iſta arte aliquem inſtituere.*

Sed mihi videtur; Helmontii abhortatione non opus eſſe. Nam plurimis Medicis jam ſufficit Aſinorum Festina Lente, & pro fraude itâ reportant Soſtrum, & quia Deus & Natura pro Nihilo (ex quo omnia ſunt creata) vendit hominibus, ergo vilipendunt, niſi crucis ſignatura argentea in eorum manibus per contactum, eorum Cor confermentando pro Nihilo, & deambulatione recreat, & lætificat. Et in hoc argenteo ſepulchro, & Medici ſapientia, & patientis Corpus ſepeliuntur. In hoc ſtudio Salomonico & Adamico veteres valdè experti, & exercitati fuerunt. Nam

Socrates hortatur Philoſophos, ut ſpecula inſpicerent, ne faciei nitor animi Candorem ſuperaret. Unde ab alio etiam dictum fuit:

In Vultus pulchritudine Animum ingenioſiſſimum, multis ſcientiis præditum, videri poſſe.

Ergo

Ergo vetus dictum hoc:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Sic etiam in ſacris litteris exſtat:

Impoſuit JEHOVA SIGNUM CAINO, *ne eum cæderet ullus, qui foret inventurus eum.* Gen. 4. v. 15.

Et hoc contra illud ſignum Latronicum, de quo VAGUS ipſe ferè lachrymans querelas emittit ſuas.

Si ullus fuit, qui me inveniat, interficiet me ibid. v. 14.

Nam CAINI vultus ex Ira cecidit. ibid. v. 5.

Quare tuus cecidit vultus? ibid. v. 6.

Et plurima adhuc dantur præter hæc in ſacris paginis ſigna Phyſiognomica externa, in interni Animi paſſionibus & corporis virium conſtitutionibus.

Ex adſpectu cognoſcitur vir, & ex obvia perſonæ ſpecie; cognoſcitur, qui valet mente Syr. 19. v. 27.

Qui nictans oculo dat moleſtiam, & ſtultus labiis ſe ipſum conturbat. Proverb. 10. v. 10.

Nequam nictat oculis ſuis, verba facit pedibus ſuis, docet digitis ſuis. Proverb. 12. v. 13.

Connivens oculis ſuis, dum cogitat res perverſas. Proverb. 16. v. 30.

Ne eſtote ut Hypocritæ tetrico vultu, deformant enim facies ſuas, ut appareant jejunati. Matth. 6. v. 16.

In Ninive *facies eorum*, omnium *contrahant nigrorem.* Nah. 2. v. 10. *Im-*

Improbitas mulieris, mutat faciem illius, & faciem illius effundit Tenebris, ut ſit tanquam urſa. Syr. 25. v. 21.

Mulier improba, Cor humile, faciemque mæſtam & plagam cordis efficit. Syrach. 25. v. 27.

Vir improbus obſirmat faciem ſuam. Prov. 21. v. 19.

Vultus mutatio fit ex Animo liquefacto, colliſione genuum, dolore Lumborum. Nahum. 2. v. 10.

Vultus pulchritudo in muliere, quaſi lucerna lucens in lychnucho ſancto, in Ætate ſtata. Syr. 26. v. 21.

Impudentem oculum à tergo obſerva, ac ne mireris ſi delinquat in te. Syr. 26. v. 14.

Scortatio mulieris in elatis oculis, atque in palpebris ejus cognoſcitur. Syr. 26. v. 12.

Formoſæ filiæ hominum ad luxurias occaſionem dabant. Geneſ. 6. v. 2.

Tzionis filiæ ſunt altæ & ambulant extento gutture & nutantibus oculis, indeſinenter minutis paſſibus incedunt, pedibuſque ſuis compeditis agunt. Jeſaiæ 3. v. 17. 25.

JEHU, audiens Jezabel *oppoſito fuco*, oculis ſuis. 2 Regum 9. v. 31.

Ad ſervandum te à muliere malefica, à blanditia linguæ alienæ, ne deſiderato pulchritudinem ejus cum Animo tuo, neque capiat te Palpebris ſuis. Prov. 6. v. 24, 25, 26.

Accidit itaque ſuis rebus geſtis, ut attolleret uxor Domini ejus, *oculos ſuos* in Joſephum

phum & diceret: *Concumbe mecum.* Geneſ. 39. v. 7.

Facies inflammatiſſima eorum futura eſt. Eſai. 13. v. 8.

Rubicundis oculis ex vino. Geneſ. 49. v. 12. Prov. 23. v. 19.

Accelerat ad ſubſtantiam parandam vir malignus oculo, ſed ignorat inopiam obventuram ſibi. Prov. 28. v. 22.

Bonus oculo ipſe benedicetur, quia dederit de Pane ſuo tenui. Prov. 22. v. 9.

Oculi tui è regione intueantur, & palpebræ tuæ ſpectent recta coram te. Prov. 4. v. 25, 26.

Rex inſidens ſolio judiciali ventilat in oculis ſuis omne malum. Prov. 20. v. 8.

Demiſi *faciem meam in terram* obmuteſcens. Dan. 10. v. 18.

Si jocabar cum eis, non credebant, & lumen vultus mei non dejiciebant. Job. 29. v. 42.

Animus lætus benè efficit vultum, & dolore animi ſpiritus frangitur. Prov. 15. 13.

Veſtigium lætitiæ mutatæ eſt vultus. Syr. 37. v. 20.

Quandoquidem aſpexi faciem tuam, ac ſi faciem Dei aſpexiſſem, adeo placidè accepiſti me. Geneſ. 33. v. 10.

Et quamvis contineret *vultum ſuum*, ac *componeret* dudum, *tandem flevit Vir* DEI. 2. Reg. 8. v. 12.

Ex

Ex adſpectu cognoſcitur vir, & ex obvia perſonæ ſpecie cognoſcitur, qui valet mente. Syr. 19. v. 27.

Sapientia hominis ita illuſtrat ejus faciem, ut firmitas vultus ejus duplicetur. Eccleſiaſt. 8. v. 1.

Adeſt faciei prudentis ſapientia, oculi autem ſtolidi ad extremitatem terræ. Prov. 17. v. 24.

Vidiſti virum præcipitem verbis ſuis, expectatio e ſtolido melior quam de illo. Prov. 29. v. 20.

Quando gratioſam præbet vocem ſuam, ne fidito . Nam ſeptem abominationes ſunt in ejus animo. rov. 26. v. 25.

Homo demens complodit manum, ſpondens ſponnem, ante Amicum ſuum. Prov. 17. v. 18.

Omnes videntes me ſubſannant, ducunt labium, vent caput. Pſal. 22. v. 8.

Pulchritudinem vultus, aut Phyſiognomiæ e lucem, non diſputabile; ſic erant etiam lchri CHRISTUS, Moiſes, Saulus, Abſolon, iab, Eliaſar, Abiſag, Sara, Rebecca, Uxor nſonis, Abigail, Badſaba, Thamar, Heſter, onia Abſolomis Filia, Regina Vaſti, Joſeis Jacobi filius, Rachaël Labanis filia, Jobi filiæ, Judita, Suſanna, &c. non ſolum us pulchritudinem more maritorum habet, ſed etiam animi paſſiones pulcherrimas, rum ſapientia illuminavit eorum faciem. leſ. 8. v. 1.

lurima adhuc reſtant Veritatis Teſtimo-hyſiognomica. Vide de hominis ſapientia ultu.

******

SAPIENTIA.	Eccleſ. 7. v. 3. ibid. c. 2. v. 14. Proverb. 17. v. 24. Syr. 19. v. 24.
HUMANITAS.	Geneſ. 33. v. 10. Pſal. 4. v. 7.
SINCERITAS.	Prov. 4. v. 21. & 25. ibid. c. 22. v. 9. Job. 22. v. 29. Ezech. 4. v. 3. ibid. c. 8. v. 2. ib. c. 13. v. 17. ibid. c. 21. v. 7. ib. c. 25. v. 2. ibid. c. 28. v. 21. ib. c. 29. v. 2. ibid. c. 30. v. 2. ib. c. 38. v. 1. Syr. 13. 32.
HILARITAS.	Job. 29. v. 24. Prov. 15. v. 13. 30. Syr. 13. v. 31.
TRISTITIA.	Gen. 40. v. 7. Nehem. 2. v. 1. 2.
AMICITIA.	Syr. 37. v. 14.
TIMIDITAS.	Eſaiæ 52. v. 14.
PUDICITIA.	Geneſ. 9. v. 23. 1. Reg. 8. v. 14. ibid. cap. 21. v. 4. 2. Reg. 20. v. 2. ib. cap. 8. v. 11. 2. Chron. 23. v. 6. ibid. cap. 30. v. 9. Syr. 41. v. 25. Dan. 10. v. 15. 2. Sam. 2. v. 22. Pſal. 34. v. 6. & 11.
CASTITAS.	Job. 31. v. 1. Pſal. 119. v. 37. Cantic. 1. v. 15. ib. c. 4. v. 1.
ANXIETAS.	Pſal. 6. v. 8. Eſai. 52. v. 14.
PAVOR.	2. Sam. 2. v. 22. Eſai. 9. v. 6.
SUPERBIA.	Prov. 21. v. 4. Eſai. 2. v. 11. cap. 5. v. 15. Syr. 23. v. 4. Pſal. 101. v. 5. Pſal. 121. v. 1.

FAL-

LSITAS.	2 Corinth.5.v.12. Pſ.35.v.19. Prov. 10. v. 10. cap. 6. v.4. cap.16.v.30. Syr.27.v.23.
ALITIA.	Matth. 6. v. 16. Syr. 25. v. 21. c.37. v.18. Proverb.7.v.13. cap.21.v.29. Jerem.5.v.3. Ezech.2.v.4. Luc.9.v.51.
VIDIA.	Geneſ. 31. v. 2. Prov.23. v. 6. c.26.v.22. Syr. 31. v.13,14.
CUNDIA.	Geneſ. 31. v.2. 1.Corinth.12. v.8. Gen.4.v.5.Syr.25.v.21. Jerem.12. v.17.
UDICITIA.	Eccleſ.7.v.30. Prov.17. v.24. Job. 1. v. 11. cap. 2. v. 5. Gal. 2. v. 11.
IETAS.	Eſai.3.v.9. Prov.6.v.16.
LOLATRIA.	Ezech.23. v.17.
RTATIO.	Geneſ. 39. v. 7. Syr. 26. v.10. Eſai.3. v.6. cap.10. v. 12.
ILTERIUM.	Prov.6.v.25. 2Pet.2.v.14.&c.

ræterea adhuc plura dantur in ſacris foliis
rna Phyſiognomica ſigna, de hominis Ani-
Paſſionibus & corporis conſtitutionibus in-
is.

*ovit enim Altiſſimus notitiam omnem, & inter-
in ſigna, æterna nuncians, res præteritas & futu-
& occultarum veſtigia retegens.* Syr. 42. v. 20.
! *Quam deſiderabilia ſunt omnia opera ipſius,
ad ſcintillulam uſque facile eſt ſpectare.* ibid.
.30.

Multa abſcondita ſunt majora iſtis, pauca vidimus ex operibus illius. Syr. 43. v. 35.

Nam *omnia fecit Dominus, & piis indidit ſapientiam.* Syr. 43. v. 36.

Denique *quis expleat videndo Gloriam Dei?* Idem cap. 42.

Non indidit ſanctis Domini, ut enarrent omnia Mirabilia ipſius, quæ firmavit Dominus omnipotens, ſtatuminando gloria ſua univerſitatem. Syr. 42. v. 18.

Chiromantica ſigna etiam ſunt apud Jobum annotata.

Manum cujuſque hominis obſignat, ut recognoſcat omnes operationes ſuas. Job. 37. v. 6.

Ex his omnibus ſignis patet Naturæ luſus rei internæ ſignatæ per externa ſigna, quæ verò pertinent ad Aſtronomiæ ſpeculationem ab Aſtrologis Ariſtotelicis, plane ſunt abjicienda, quia ſacra Scriptura de iſtis non facit mentionem.

Nam *Aſtra regunt hominem, ſed regit Aſtra* Deus, ab Ethnico modò & non Chriſtiano Philoſopho dictum eſt. Sed Aſtra hominis regunt hominem, nempe Animi paſſiones innatæ; Niſi Deus per regenerationem & Parentes per educationem dent aliam implantationem.

Non ab Aſtris cœli influentibus, eſt in Homine Intellectus, Sapientia, Prudentia, Doctrina, Ars, Opificium, Fortuna, Infortunium,

Divi-

tiæ, Paupertas, Hominis longa aut brevis ura, Figura, Pulchritudo, Geſtus, Decus, ecus, Virtus, Vita, Mors, brevis aut longa aliter, Homo complexionis Saturninæ ex venientia Harmonica, viveret ſanè etiam ndum Saturni Planetæ curſum in cœlo, um annos; ſecundum Lunæcurſum è con-nodo quatuor ſeptimanas, & ſecundum So-urſum, per unicum diem, & ſic ſecundum ixum Planetarum aliorum in ejuſmodi uum longitudinibus, ſed pro Planetarum io ſufficit maturè aërem proferre Pluvias, gura, Tonitrua, Nives, Grandines, item da-nos, menſes, dies, & noctes, & in iſtis aut aut æſtum.

iterim verò quæ pertinent ad ſanitatis ho-is ſuſtentationem, aut ad morbos, etiam nala aut bona conſtitutione Aëris, ex eo-venenoſis Vaporibus, Fœtoribus Exha-ibus proveniunt, quorum vis fermentativa ri corporis ſuccos nutrientes confermen-aut in præternaturalibus Acidum aut A-um, ſalſum, acerbum, auſterum, dulcem, oſum aut oleoſum ſaporem, fructus ex fine im effervеſcentiæ & putrefactionis ſunt i morbi venenoſi ſecundum naturæ cu-bet hominis complexionem diverſam. Sed ciſſimi Medicorum ſunt, qui non laborant thalmia Galeni, Ariſtotelis, Apollinis, A-nnæ, Meſuæ ac Raſis in Medicina ratio-

 nali

nali & Methodo medendi, & non mirum, fiſtulam enim Mercurii non habent. Etiam rectè dicimus de hac magna ſcientia rationali Medica.

Proh! Deum immortalem! quales Naturæ luſus & in Hominis Phyſiognomia, & in rerum ſignatura diverſa Entia videmus, productionem ignoramus.

Et prætereà etiam dicam, ut inquit Adamantius Lib. 2. 19. *Omnium, ut ita dicam, hominum mores & vitæ propoſitum velut ex divinitus immiſſâ, ac minimè fallibili vaticinatione, novit is qui Naturæ indiciorum ſcientiam tenet*: quare prudentium hominum eſt, hujus artis notas omni ſtudio elaborare.

Frontis ut eſt index ſpeculum; ſic prorſus in ipſa
Fronte, velut ſpeculo, mortis imago patet.
Illud quiſque ſuo tantum non lumine captus.
Perſpicit, ac ſapiens ſolus utrumque videt:
Lumina nil Lyncis, nil ſunt ſpecularia Momi,
Frons docet hic quicquid pectora clauſa gerunt.

Sed hoc in exercendo de Phyſiognomia Hominum & ſignatura rerum obſervandum eſt, bono Medico, ne ſtatim, ex unico ſigno judicet de Animi paſſione, corporis conſtitutione, & Natura balſamica rei, ſed ex Harmonia plurimorum.

Nam Phyſiognomia aut hilaris aut triſtis Animi conſtitutionis, verum eſt Theatrum earum

rum Paſſionum, per externa Lineamenta agendarum, quæ ſunt paſſiones ordinariæ in hoc,& accidentales in illo homine. Sicuti exempla propoſita ſatis faciunt, in hoc Tractatulo.

Et qualia ſunt exempla de homine, ſic etiam de vegetabilium Medicina ſunt obſervanda, ſed unicum ſufficere ſignum coloris cærulei, floris violæ Martialis, illam ergo eſſe cordiacum, tunc etiam neceſſario coloris iſtius cauſa Napellus venenoſus, eſſet maximum cordiacum.

Item roſæ albæ, confortantis cerebrum, neceſſario etiam papaveris albi opiatici conſtipantis, cerebrum.

Item ſucci lacteſcentis Scorzoneræ, contra lethale venenum, etiam ſucci lacteſcentis Eſulæ, contra venenum.

Et ſic tam ex omnium rerum Medicinæ, quam veneni effectu facile & infallibile eſſet judicandum, & ex earum ſimplicibus ſignificantibus Coloribus, Saporibus, Odoribus aut Fœtoribus, Tactibus & Auditibus, earum internas vires cognoſcendum.

Sed Medicum rationalem non decet, cum fortunæ manuductione, ut agunt Piſcatores, ex maris fundo, cum ſuo reti, capere piſces, vel parvos, vel magnos, vel nullos: Sed ex rerum ſignaturæ cognitione harmonica; nam omnis res ſignata, amittens externum ſignum, nomen ſimul amittit proprium, & cum

nomine etiam virium & proprietatum effe-ctum; & nil manet, niſi fallax judicium Carteſianum garrire, aut fabulari de Nihili Eſſentia, Exiſtentia, quidditate, & qualitate.

Accipite interim exemplum, imò ſcintillulam mei nocturni ſtudii, de veræ rationalis Medicinæ lumine, & hoc ſerenâ fronte. Nam in hoc veterum ſtudio naturali conſiſtebat eorum vera Magia licita & ars Berylliſtica. De præternaturalibus verò judicat ſanctus Apoſtolus Petrus, *per fidei intellectum, totius mundi Machinam, ex* Nihilo *per* Dei *Omnipotentiam creatam fuiſſe.*

Nunc cogitanti autem mihi, cui meum Medicinæ Rationalis Tractatulum Phyſiognomiæ Medicum dedicarem, ſtatim mecum dixi; Viris iſtis Curioſiſſimis, Curioſorum Naturæ Utiliſſimi, Splendidiſſimi, Laborioſiſſimique Collegii Germaniæ in cujus ſtudiis laborioſis, ſibi multi Avidiſſimi, Exactiſſimique cultores, omnium ratione expertiſſimique, perſcrutabilium naturalium rerum, cognitionum, ſcientiarum, experimentorum, Artiumque liberalium, præ omnibus verò Medicinalium, Theatrum ſplendidum ædificaverunt; Ergo nihil aliud in votis Ego optatiſque magis habeo, quam, ut ſi non quotidie Novi quid invenire poſſim, Vobis etiam Curioſiſſimis Medicinæ rationalis Studioſis, ex Amoris ſingulari ardore, ad ſtudium hoc nobile Philoſophico-Medicum,

cum, de Phyſiognomia & rerum ſignatura externa jucundiſſimum, atque in Medicinâ ſolum utiliſſimum ſubmittere volui, omnium Cenſuræ atque correctioni. Officiosè ea propter peto, accipite! dolores mei nocturni ſtudii, qui vos etiam introducent in Naturæ Theſaurorum regalia palatia, ad cujus finem etiam, cum aliis viris digniſſimis, ſimul vobis ſtudioſis curioſiſſimis hanc meam volui obtrudere editionem, & rogo, abjiciatis omnem Empyricorum ſtultitiam medicinalem. Nam præclarè ſanè Romanæ Eloquentiæ Parens Cicero; ad *duas* potiſſimum *res* hominem natum eſſe dixit; nempe *ad intelligendum* & *ad agendum*; Ex his patet, quod ille ſapiens Philoſophans vir, deprehenderit, ſcientiâ & experientiâ ablatâ, hominem non eſſe Hominem. Quæ verò cum demonſtratione evidenti, atque infallibili de Hominis Phyſiognomia & rerum ſignatura oſtendam, harmonia deſignat bona ibidem obſervata. Nam ſolus ille qui ſcit rerum cognoſcere cauſas eſt rationalis Medicus & verus Philoſophus, ſed qui poteſt venenum morbificum naturæ gratis medicamentis convenientibus, non vires extinguentibus tollere. Sapientia verò hæc eſt virgo ſeu Aphrodita, quæ ſola nubit laborioſis, Vulcanicis fratribus & Amicis, qui ex docto Naturæ ſignantis lumine cœleſti Fato trahuntur. Jam enim, imò jam & hodie reſtat tempus, ad ſepelien-

diendum Medicinæ generalem, infructuoſam & confuſam veterum cognitionem, & fallibilem Empiricorum atque Galenicorum Medicinæ Experientiam.

Sed obſecro vos Studioſos rationalis Medicinæ, diſcite ſimul parare veſtra medicamenta. Præterea cavete ab illicitâ Philoſophia verſante cum fallaciis; Nam qui in hoc ſepulti abyſſo jacent, dubitare de DEO, & ſacroſanctæ Scripturæ veritate, etiam dubitant in Geneſi, ubi tota Philoſophia naturalis annotata eſt, de qua illi Naſutuli nihil intelligunt, & carent reſponſione ex capite Job. 38. O Spinoſa, CARTESII Complimentum.

Imo abjicienda ſunt iſta principia de cœcis Pſeudophyſicis talibus, quorum quinque ſenſus à DEO per Naturæ lumen intellectum nondum acceperunt. Nam ille verus malitiæ fumus, ſemper diſputantium & dubitantium hominum, nocet oculis ſeu viſui mentis veri *Philoſophi Chriſtiani*, & ſunt ſemper inſani, ignari, irreligioſi, hæretici, & ſine mentis ſono blaterantes, & ad veritatis fidei finem, neque in naturalibus neque præternaturalibus unquam pervenientes, & ſuis diſcipulis nil niſi profanè philoſophantes, fumum vendunt, imò ſunt tales, qui mendaciſſimo titulo, pro cœleſti ſapientia ſe diabolicè vendunt ſtultis, & vendunt illis. Atque hoc dixi illi, qui cupit ſapere,

pere, ſed fruſtra ſapit qui ſe non capit. Imò cavete, vos Studioſi, ne CARTESII more, putetis facilè adſcendere à Terris ſupra cœlos, in DEI Thronum inacceſſibilem, ſed recedite modo in Veſtræ matris gremium impletum millies millibus ſubjectis philoſophantibus, ibidem videbitis, quomodo ex DEI vitæ ſpiraculo, poſt earum formationem adjuvante fermento implantato, in proprio Elemento ſui Regni, omnes vivunt, ſe movent, creſcunt, propagantur, & multiplicantur creaturæ, & ſecundum JEHOVÆ admirabile Velle, admiranda ſua habent externa ſignantia ſigna, quæ unica & vera & certa rationis imò Naturæ convenientia inſtrumenta ſunt, ita earum interna cum oculis mentis videre & cognoſcere, & in earum Naturalibus operationibus, utilitatibus, aut nutriendi, aut ſuſtentandi, aut animam (cum variis ſcientiis & artibus) recreandi, imo TURBAM Figurarum præfiguratarum, rerum occultarum & qualitatum myſticarum inveniet, & quomodo ſecundum cujuſlibet creaturæ ſulphureum fermentum agnoſcetis productionem rei Coloris, Saporis, Odoris, Fœtoris ſimplicis, ſeu mixti, & per Salinam Efferveſcentiam deſtructionem totius in NIHILUM, & per Mercurialem putrefactionem etiam illorum converſionem in alios.

Præ-

Præterea adhuc facere poſſibile Vobis aut artificialiter, quæ natura ita perficit, naturaliter imitari, nempe fermentando, Effervеſcendo, & putreſcendo, ſeparare purum ab impuro, Medicinam à veneno, Nutrimentum ab excremento, volatile à fixo, fixum à volatili, volatile fixare, fixum volatiliſare, Spirituoſum dulce, aut amarum, à fixato acido, Sulphur à Sale, Sal à Mercurio, &c. imò omnium Creaturarum ſubſtantiam reducere terreſtrem in aquam primariam Elementalem. Fermentum verò Naturæ rei conveniens, ſecundum cujuſlibet Regni Naturam, unicum eſt Menſtruum univerſale, quo utitur Natura cujuslibet Creaturæ ſecundum Regni ſive Vegetabilis, Animalis aut Mineralis naturam, & de tali menſtruo & ALCAHESTE pauciſſimi Naturaliſtarum unquam curioſis ſatisfecerunt. Ruſticis verò notum eſt, unicum tale artificiale fermentum certiſſimum, ita fermentando præparare bonam Cereviſiam, Vinum Panemque bonum. Teſtimonium veritatis eſt in confortatione corporis virium, & Spiritus vitæ recreatione. De aliis Menſtruis deſtructivis non opus eſt repetitio, quia fœces ſimul abſque ſeparatione deſtruuntur.

Experientia verò quæ mater ſapientiæ eſt vera, docuit Artificem, exactè examinare alicujus rei prædominantem partem ſulphuream, ſive ſalinam, ſive Mercurialem. Poſtea Spagyricè

gyricè tractanda erit res cum ejuſmodi convenientibus Menſtruis, ſulphurea diſſolvi ſulphureis, ſalina ſalinis, Mercurialia Mercurialibus.

Imò ſi hoc videamus cujus ſanè natura oculos noſtros attollat in cœlos. Nam in creaturis ſubſtantialibus etiam TRINITAS naturalis, nempe Spiritus, Anima, Corpus, item ſulphur, Sal, Mercurius, & in unitate, & in quoquo Corpore hoc elucet, imò ſimilis per ſimilem alterum ſibi ſimilem, nempe Tertium, propagat. Fermentatio vero in balſamicis Vegetabilibus & mineralibus, eſt vera in Animalibus, vitæ mobilis IMAGO. Efferveſcentia vero ſtrenue morbi imago, extinguens lampadem Nectarei Olei, ſeu vitæ mobilis, cum ſuffocatione. Putrefactio vero eſt mortis naturalis in Natura à DEO deſtinatæ IMAGO.

Præter hoc, de morte naturali, aut putrefactione naturali, quam artificiali amplus ſatis, Philoſophorum certandi campus eſt, & præſertim vero pro illis, qui ſpeculatione imaginativa ſunt vexati, & fallaciis magnis cruciati, non ſolum in regno Minerali, ex vilioribus pretioſiora & meliora producendi, ſed contrarium vult fermentatio in productione ſuæ ſimilis. Putrefactio autem mutat Triticum in lolium, Aſinum in muſcam &c.

Præterea qualia adhuc ſecreta latent, in inſertione, oculatione, & implantatione rerum, ſcit ſolus expertus.

Sed

Sed Ethnici Philoſophi non intelligentes, rerum cauſas naturales, mittunt ſuos diſcipulos ad diſputandum de NIHILI quidditate, qualitate, Exiſtentia, & Eſſentia ad CARTESII Orcum, ubi vacuum Miſericordiæ abundat dubitationibus, an DEUS vel diabolus adſit vel deſit. Et in tale cœleſtium commercium Philoſophi dubitantes de DEO introducuntur. Et quia de his in hoc loco, non opus eſt ſtercori Nectar infundere, ſeu irrationali Philoſopho ſternere roſas, revertamini, ad uſum hominis Phyſiognomiam & rerum ſignaturam, quæ monſtrant omnia viſibilia mentis oculis, & eſt obſervatio neceſſaria maxima medica, nec pedibus ſiccis tranſeamus, operationem fermentando, effervelcendo, & putreſcendo omnia perficere, quæ in partium trium ſeparatione conſiſtit, & ad hominis uſum, & Animi præſertim recreationem ſerviunt; ut ſunt Hominis pulchritudo, Stellarum ſplendor, Aquæ lympiditas & mobilitas, Terræ firmitas, Florum & Herbarum Colores, Sapores, Odores, Metallorum & lapidum durities, ſic millies millia in eorum internis affectibus miraculoſa. Imo ex prædictis tribus menſtruis fit motus, omnis generis, Creaturæ principium ſubſtantiale, vel durum vel molle, vel ſiccum vel humidum in loco calido aut frigido, ſicco aut humido; Inde omnis generis exhalationes, fumus, calor, ignis

lux,

lux, flamma, fulgur, Tonitru, Vapores, Nebulæ, Frigus, Tenebræ, Nix, Glacies, Grandines & ejuſmodi res. Et hic non eſt dubitandi locus. Nam tali ſapone ſtultitiæ lavant Cartesii Æthiopem, & neſciunt more Aſinorum laurifoliatorum, rerum cognoſcere cauſas,& ſine fine blaterant ut alii de inſtinctu puerili, & occulta qualitate inſcium, & quia ejuſmodi. Philoſophus filius eſt ante Patrem, bono jure de tali dicere poſſumus, ex quovis ligno Mercurium fieri non poſſe.

Sed ſi ſilex & chalybs ex concuſſione ſtrenua caleſcunt, ſulphur ejus abit in flammam lucentem. Nam ita ſulphur ex ſua potentia fuit deductum in actum, ut etiam fit ex humidi Butyracei ſulphurei Antimonii & Acidi Sulphurei Nitri ſubitanea infuſione; ex quorum motu etiam fit calor, fumus, flamma, ignis, lux. Sed ille Vulcanus, qui caret Carbone & Folle, moritur ſine mica Salis, ſcintillula Sulphuris, & guttula Mercurii, & omnis talis Naturaliſta qui oculis in manibus caret, etiam non habet Spagyricam methodum, ſpoliare Creaturarum Balſamum nutrientem nec medicantem ad hominis uſum & ſalutem.

Nam non ſolum ab omnibus metallis, lapidibus & Mineralibus ſeparabile eſt ſulphur, ſimile ſulphuri vulgari & montano, nempè flammans Volatile, ſeu fixum; Nam in cavernis videamus Archæum Fermentativum metalli-

tallicum proferre vel ſulphur ferreum, cupreum Antimoniale, & vulgare, Carbones montanos, etiam oleum petræ. Præterea varia ſulphura, ex vegetabilibus varia Terebinthinata, ſuccinata &c. arborum gummata etiam per expreſſionem aut deſtillationem oleoſa, item ſulphura ſpirituoſa per fermentationem, ex vanis fructibus, herbis, ſeminibus & floribus, ut Spiritus vini, cereviſiæ, panis, etiam per Retortam varia oleoſa fœtida, ex Picibus, & lignis, radicibus & herbis.

Varia quoque ſulphura ex animalibus, variæ axungiæ ſævum, pinguedo, lardum, medulla &c.

Quot ſulphura, tot etiam Mercurii & Salia, ſed pro ſapiente tale ſeparationis Arcanum.

Sed accedite! Vos Studioſi Medicinæ, præſertim Curioſiſſimi ad Tria iſta principiata principia Sulphuris, Salis & Mercurii, haurite lympham ex Rivulis horum trium fontium ſolutionis & ſeparationis puri ab impuro, imo guſtate ſulphuris fermentantis Sapores, Olfacite Odores, videte Colores, Audite Sonos; & tangite ſubſtantias, de quibus hodierni! Ethnici, & Athei Carteſiani dubitantes, adhuc nil certi ſciunt, & quamdiu in hoc tenebrarum abyſſo illi manebunt, ſe ipſos fallent, & ab aliis decipientur. Præterea certiſſimum eſt, Medicorum veterum inter & hodiernorum medendi methodum maximam eſſe differen-

tiam

tiam, imo, ſi conferamus, videtur, quod irrationalis Medicinæ imperium, poſt ſecula GALENI, per HELMONTIUM, PARACELSUM, BASILIUM & ejuſmodi doctos magnoſque viros valdè deſtructum ſit. Nunc enim non neſciunt Medici rationales hodierni, quomodo Natura corpus humanum, per diverſa fermenta, ſecundum ventriculorum diverſitatem & ſitum, ſuſtentet. Vel in Ventriculo Inteſtinis, Vaſis meſaraicis, Ductu pancreatico, Veſica fellea, Cordis capſula, Præcordiis, Cerebri glandulis, Pulmonibus, Hepate, Liene, Renibus, Vaſis ſpermaticis, Paraſtatibus, Urinæ veſica, etiam in glandulofis partibus Aurium, Oculorum, Narium, Oris, Gutturis, ut & in Glanduloſis, Nervoſis, Membranoſis, Tendinoſis, Muſculoſis, Cartilaginoſis, Medulloſiſque partibus, ut & in vaſis Lymphaticis, Ductibus, Arteriis & Venis, etiam ſi ex corrupto fermento, aut ex nimio uſu Acidi, Salſi, Amari, Dulcis, Viſcoſi aut ejuſmodi Saporis, aut confermentantis Odoris aut Fœtoris, illi in quovis corporis partis ventriculo in iſtum Saporem, Odorem aut fœtorem jam venenoſum confermentantem, aut ſecundum hujus poſtea efferveſcunt, aut putreſcunt, ex quibus ſeminibus venenoſis multi & vani producuntur morbi; ut etiam ab externis cauſantur Morbi inde multi contagioſi, & niſi correctio illorum fit per imbibentia, attrahentia, præcipitantia, confermentantia, con-

trariorum Saporum, Odorum aut Fœtorum natura per proxima ordinaria emunctoria ſe non exonerare, & Fermentum naturæ conveniens, in ventriculorum ſuccis nutritiis, non revocare poteſt. Ergo benè obſervandum eſt, tam bonus, quam malus effectus Sapores Salſi, Odoris Sulphurei, Fœtoris Mercurialis ſive fermentantis, ſive efferveſcentis, ſive putreſcentis, & præſertim ſecundum ſitum ventriculi, hujus vel illius corporis internæ aut externæ partis, præ omnibus autem corporis eſt obſervanda complexio, in qua acidus ſapor fermentum ordinarium, & in alvo ubi amarum eſt, ut videbitis ex exemplis præſcriptis, de Scorbuto & Epilepſia &c.

Imo ibidem vide Naturæ curioſam Medicinalem Obſervationem harmonicam complexionis hominis, & ſanationis vegetabilium, Animalium & Mineralium, tam per ſimplex, quam per compoſitum Medicamentum Naturæ ſummè gratum. Interim abeat Multiſciolus quidam Naſutulus ſine pudore natus, qui vix ac ne vix quidem Philoſophiæ & hujus rationalis Medicinæ limen ſalutavit, & fortaſſe tamen contra me, dictataque mea inſurgere ac acclamare auſit.

Vos Medicinæ Studioſi rationales honoratiſſimi, Generoſi & expertiſſimi, & veritatis hujus avidiſſimi, quod ſi vero in hac meâ Editione deprehenderitis, quod ſemper non convenit, mihi non vertetis in vitium. Ac-

Accipite etiam fronte ſerenâ hoc levidenſe munuſculum tanquam indicium prompti, benevoli, gratique animi, quia in Medicinæ Experientia propria, viginti tres annos exercitatum, non ex authoritate aliorum ſcriptorum deſumpta, jam majora adferre non ſinit. Imo pergite Amare, fovere, tueri, videlicet mentis oculis, & rationibus attingite ſummum hoc hominis bonum, tam in futura, quam in hac vita fructuoſum, nempe Dei *donum ſingulare* cuſtodite.

Deus benigne vero concede, ut ſemper mente ſanâ, in corpore ſano, mihi ſuppeditant, & facultates & vires producendi & finem perfectam, compleantur ea, quorum Theoriam & Praxin, veram, mihi ſine inſtitutione præceptorum nota feciſti cum fructu. Quamdiu vixero, utar in honorem nominis Tui, maximam gloriam, laudemque proximi mei, & ſi moriar Terræ iterum corpus terreſtre, Chriſti Jesu Gremio verò ſpiritum inflatum & efflatum commendabo, ut videam in cœlorum gaudiis me cum omnibus Electis, coram magno Throno te regnantem Dominum ſuper omnes Spiritus beatos & Angelos in Æternis. Amen.

Semper Studioſus

JOH. FRID. HELVETIUS.

BENEVOLE LECTOR.

MEus de fundamentalibus Medicinæ cognitionibus Modus tractandi perinde ac omnes cætera res naturales originis ſuæ reperient finem, ut genuinus Phyſicus ex certis veræ Chymiæ principiis in verum Medicinæ Philoſophum promoveatur, quò æger cum tranquillo & bono animo corporis ſui fiduciam, non ſolum nomine ſed re ipſa Medico committere poſſit. Solus enim praxi deſtitutus Titulus, eſt cujuſlibet Philoſophi ignominia & turpis ludibriorum & irriſionum ſpuma, ſiquidem hujus commatis Medicus nullo modo intelligit, quomodo Phyſiognomia hominis & Signaturæ Medicamentorum inſeparabili per naturalem à Deo creationem ſic ordinato connexioni poſſit inniti, & ſecundum illius ductum amiſſam hominis ſanitatem in priſtinam reducere queat, ille quoque abſque dictis Chymiæ principiis neſcit creaturas aut Medicamenta reſolvendi viam aut modum, per quem ſolum tamen ſeparatur ſanandi vis & balſamus, cujus ſolùm eſſentia & victus in ſanandis morbis mirabilia ſupra omnem fidem operatur, in ægrotis corporis in & externis partibus. Idque non in Diſputanti Phyſico, ſed demonſtranti Medico reperitur. Et hæc poſſibilis Probatio unica de Medicæ Facultatis certitudine per Anatomiam Chymiæ, peti poteſt ex qualibet particulari Creatura ex tribus regnis generalibus Vegetabili, Animali & Minerali, quod ſcilicet harum implantati & juxta voluntatem & bene placitum Dei fines ſemper certi & boni ſint & per nocentem effectum ſolum maledi-

ledictionem exhibeant, cum propter inopiam notitiæ aut ignorantiam (de viribus & effectibus earum) aut perverſam malitiam & intentionem nocendi malè adhibitæ & applicatæ fuerint. Hujuſmodi ignorans Phyſicus ſe ipſum per nudam ſuam contemplationem fallit, quanto etiam annitatur labore, impoſſibiliter effectus ſub veritatis ſpecie verbis vaniloquis & tumentibus demonſtrare, qui nil aliud ſciunt, quàm aut hæſitanti lingua aut audaci ore de rerum effectibus proferre? Sunt occultæ qualitates, inſtinctus naturæ &c. Atque ſic in Cimmeriis oberrant tenebris velut inſtrumenta Hoſtis generis humani, & ægrotos in tenebricoſa ſepulchra præcipitant. Verus contrà & Genuinus Medicus allaborat, quomodo de creaturis omnibus cum fundamentis rationi conſentaneis rem ſignatam internam per ipſarum externas ſignaturas ut ſunt figuræ, formæ, ſapores, odores, colores &c. poſſit colligere, cognoſcere & de iis debitè Philoſophari. Quicquid enim verus Phyſicus per quandam Organici ſenſus partem (ad internum intellectus ſenſum ſe reflectendus) concipere aut comprehendere nequit, id per alium aſſequitur. Exempli gratiâ: Oculi rerum odores videre nequeunt, Naſus colores odorari nequit, Guſtus Echo guſtare nequit, Aures ſaporem audire nequeunt &c. Nam qualibet organici ſenſûs pars ſe habet inſtar ſpeculi, per quem ex Creati ſignatura per reflexionem internus ſenſus illuminatum & comprehenſibilem adipiſcitur intellectum ipſius ſignatam naturam eſſentiam & effectum ad hanc vel illum finem ſciendi. Et hæc eſt ratio quod Medicus

Phyſiognomiæ cum ſignatura rerum connexionem intelligens, inde ſecundam earum indolem, ſibi proprios per artem reſolutionis modos & vias inveniat, quibus ipſa quoque Natura utitur, in ſeparatione utilis ab inutili, nuclei à corticibus, & quia ſic remedium ſanationis, melioravit & nobilitavit, & quaſi regeneravit, quare etiam effectus eſt ejus nobilior & efficacior in vincendo morbo. Et hæc Medicinæ ſcientia eſt Omnia in omnibus *Phyſicum Contemplantem à Medico Agente diſcernens. Felix itaque eſt ille qui per Luminis naturæ obumbrationem ad naturalem internum latentem Eſſentiæ effectum penetrare poteſt pro ſui ingenii illuminatione, qui inquam ex radiis luminis Naturæ ab internis per externa illuminatus audit Philoſophus, quod plurimos oculatos Phyſicos excæcavit & eorum ingenium obtuſum reddidit, ut præter Vacuum in ipſorum externis organis adeoque per conſequentiam etiam in internis ſenſibus, nihil reliquum ſit: & Nudæ Naturæ lumine ita deſtituuntur, ut nihil præter Vacuum ipſos maneat. Quid enim ſtolidius eſt quam de Vacui aut Nihili Quidditate, Qualitate, Eſſentia, Exiſtentia, aliquid Exiſtens velle producere. Certe laborant & anguntur hujuſmodi docentes Colica ventoſa Cerebri, & verendum ne Glandula Pinealis licet putrefacta tandem non crepat & diſsiliat Veruntamen, Vacua ſunt omnia, & Omnia de Vacuo jam dicta ſunt Vacua Verba. Vacuumque & abyſſus & complementum Mortis, de quo omnis creatura abhorret. Quin ille ſapientis nomine dignus eſt, qui in Rerum naturalium cognitione ſollicitus eſt & omni-*

omnibus propter aliquid, è contra Fatuus ille qui de parvo aut nihilo multum ſollicitus eſt, & ex his vacuis principiis demonſtrare audet, unde, ex quo, in quo Effectus Sympatheticus, & Antipatheticus oriatur & conſiſtat, quæ ſit vis Magnetica Attractiva & Expulſiva. Verum juxta Vacuum principium, Vacuæ ſunt qualitates occultæ, Vacui inſtinctus naturæ.

Certè riſum hæc excutient Vero Philoſopho, qui hæc demonſtrare poteſt ex effectu Fermentante, Effervescente & Putrefaciente, mediantibus quibus tanquam Solventibus Sapores, Odores, Colores rerum Creatarum producuntur ex Sale, Sulphure & Mercurio in unum corpus, ſcilicet ex Sulphurea *parte fixa*, colores; *ex* volatili, *odores, aut fœtores: Ex* Salina *parte fixa*, corpus; *ex volatili, ſapor: Ex* Mercuriali *parte fixa*, flexibilitas; *ex volatili* humiditas *oriatur.*

Aliquale hujus ſpecimen dare conati ſumus in noſtro hoc Libello, quomodò ex Phyſiognomia externa adſpectu judicari poſſit de interna animi & corporis conſtitutione in ſtatu ſecundum & præter naturam, quomodo in diverſis Complexionibus diverſi ſapores, odores, fœtores prædominentur ex diverſitate fermentorum orientes. Quomodo ſapores ſe invicem lædant & corrigant cujus delineationem in Tabula majoris commoditatis ergo diſcentibus appoſuimus. Et quia hiſce magnam lucem affert Doctrina de ſolutione & præcipitatione, annexuimus. Sciat autem, quod in gratiam filiorum Medicinæ, quibus hæc præcipue ſcripta ſunt, hunc librum publicæ luci committere volue-

luerim; ut habeant in quo ſe exerceant, & viam ſequantur ad quam ego ſaltem digitum intendo. Viam enim quam tero, & paucis eſt nota, à paucioribus calcata. Glaciem aliis frango, ut majori me ſecuritate & facilitate ſequi poſſint. Noli igitur exagitare ſi quædam irrepſerint minus perfecta, minùs exculta, ſed inſtar Apum optima eligite & tenete, ne dimiſſo nucleo citra corticem hærendo dentes frangas. Sic enim cum hæc grata & accepta tibi fuiſſe videro, animum meum excitabis ad plura elaboranda. Interim

—— Si quæ noviſti rectius iſtis
Candidus imperti, ſi non, his utere mecum!

JOHAN-





JOAN. D. MONTANUS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

JOHANNIS FRIDERICI HELVETII MICROSCOPIUM PHYSIOGNOMIÆ MEDICUM.

De Jovialis Complexionis externa Phyſiognomia.

HÆcce hic uſurpata Harmonia Naturæ Planetarum & hominum neutiquam confirmat influxum *Planetarum* animos hominum huc vel illuc inclinandi. Nam *Aſtra* hominis regunt hominem : inde eſt quod *Phyſicus* ex multiplicibus obſervationibus *Harmoniæ* ſignorum externorum, cum ſignatis internis rebus aut eſſentiis natus, ſolus ſit verus *Philoſophus* : & hiſce rationibus ex ſignatura utitur quoque *S. Scriptura*, cum *Paulus* eſſe dicebatur *Mercurius*. Et in meo Tractatu in quo diverſorum hominum diverſas deſcribo Complexiones, ſimiles maneant obſervationes, ſi ex externorum lineamentorum *Harmonia Phyſiognomica* de ejus internis animi inclinationibus paſſionibuſque judico, ut hic homo, *Jovialis*, & contra ille *Saturninæ* ſit Complexionis & ſic conſequenter.

Primùm ſe ſiſtit *Jovialis* Complexio, cujus *Corporis ſtatura* eſt mediocris inter longam & brevem; magis tamen ad longitudinem accedens, prout etiam Corporis craſſities optima & bene proportionata, ut & manus pedeſque.

Facies eſt magna & oblonga aliquantum, & verſus inferiorem partem aliquantum acutè deſinit: adhæc eſt carne molli, plena cuteque levi & clarâ roſea rubedine intermixta huc & illuc rurſus evaneſcente, & pulchris intensè cæruleis & magnis arteriis, venis, vaſiſque capillaribus obducta.

Malæ aliquantum latæ, carnoſæ, læves, cum parvâ in medio foſſula & aliquantulum contractæ.

Frons eſt valde elegans, alta, ſub crinibus aliquantum lata apparens, propter duos laterales monticulos ſuper quos pileus quieſcit, linea inter alias *Jovialis* eſt, maxima & longiſſima.

Vertex eſt ſubrotundus, attamen ſimul latus. *Crines* ſunt aliquantùm denſi & longi verſus frontem, tamen admodum tenues, & pauci, colore ſubfuſci, tactu ſicci & ſubduri, plani, non criſpi, ſed parum in humeros flexi.

Tempora verſus aures ſunt aliquantum plana quaſi collapſa, pulchris magnis huc & illuc percurrentibus cæruleis latis vaſis ſanguineis deſtituta crinibus nulliſque qui ibi creſcunt, tecta.

Oculi

Oculi ſunt prorſus elegantes, fuſci, magni, lati & alti, in fronte ſtantes cum parva acuta, rotunda clara pupilla, & clara aquoſa lymphâ, irrigata, & in ſubridendo verſus angulos externos trahuntur.

Palpebræ ſunt carnoſæ & altæ,& rectà transeuntibus rugis plenæ, præſertim verſus angulos externos, multas habent plicas, & in palpebris longos ſed tenues fuſcos crines.

Supercilia ſunt admodum acuta, crinibus gaudent longis,fuſcis & densè locatis,attamen naſum verſus aliquantùm latè concurrunt ſuper oſſa tantillum elata.

Naſus eſt longus,rectus,elatus,quodammodo incurvatur, ſimilis ferè naſo accipitris, in medio parvum latum habens monticulum, nares utrinque aliquantum magnæ & protuberantes.

Os aliquantum magnum & amplum, labia ſuperiora apparent majora inferioribus; quia propter duos anteriores dentes tantillum elata: attamen inferiora rotunda, carnoſiora, corallina, fiſſuris parvis plena & in medio aliquantum majora.

Dentes ſuperiores ſunt aliquantum longi & lati, duo tamen in medio latiores, & aliquantum rotundè protuberantiores; inferiores, ſunt longi & tenues arctè juxta ſe poſiti, non admodum albi, gingivam tamen habent pulchre & intenſe rubram.

Mentum eſt aliquantum oblongum, & in medio quaſi fiſſum, per profundam quaſi contractum latam foſſulam, ſecundum menti longitudinem, & elegante ſub mento barba gaudent fuſca quaſi crinibus tenui, acuta & plena.

Aures ſunt mediocriter magni & plani, aut lati aliquantum adhærent capiti, & tantillum elatas habent cartilagines, lobos aliquantum magnos, molli carne, & pallida rubedine inſtructos.

Collum eſt elegans, & ſecundum longitudinem & latitudinem bene proportionatum, carnoſum; muſculis pulchris, firmis, tendinibus elegantibus, latis & prorſus cæruleis arteriis, & venis præditum & ſi comedunt infra in larynge prominentem exhibet globulum.

Humeri ſunt lati, non valde robuſti, nec magni, attamen carnoſi, & ſpina dorſi recta & plena.

Pectus eſt latum, ſed aliquantulum anguſtum, & elatum carnoſa pinguedine; coſtæ latæ & parvæ, paucique crines.

Brachia & *Pedes* oſſibus non admodum ſunt craſſa nec robuſta, carne candida, & mollia, plena crinibus longis tenuibus & percurrentibus multis cæruleis vaſis, parvos habent ſed robuſtos muſculos & tendines, in agendo & ambulando admodum agiles & non laſſi.

De

De Jovialis complexionis Harmonia ſignaturarum Phyſiognomiæ externorum cum interna animi conſtitutione.

Hæc complexio in genere in omnibus ſuis actionibus ſecundum motus externarum partium organicarum, & ſecundum internas animi paſſiones ex amore & ira admodum eſt temperata, eſt fervida & impigra ſua ad exſequenda propoſita, & ea è quibus honor ipſius incrementum capit, & omnibus ſuis actionibus attrahit animos, imo ipſos intenſiſſimos ſuos hoſtes ad propenſionem allicit. Nam amat & appetit extraordinarie admodum inæſtimabilem pacem, & concordiam in Politico, Eccleſiaſtico & Oeconomico ſtatu, & eſt promotrix omnium ſtudiorum & quicquid dependet ab Academiis, & Scholis; & in converſatione admodum accepta, hilaris; in prolatis diſcurſibus accurata & in ſuis rationibus incorrigibilis, in ſua probitate eximia, in omnibus negotiis animi ſui nobilitas, honeſtas, modeſtia, & eruditio elucet, in Officii ſui functione induſtria valde ambitioſa, in auxilio pauperum liberalis, erga afflictos & oppreſſos miſericors, in Saturninis & Martialibus rebus valde prudens ad ſententiam dicendam & in bellicis conſiliis taciturna, admodum eſt docilis, aliiſque optime in omnis generis ſtudiis, ſcientiis,

tiis, Artibus, Opificiis præit & extraordinariis, ardens promotrix eorum qui honeſta profitentur exercitia & in fundandis Scholis, Eccleſiiſque, egregia eſt amatrix & coadjutrix, & imprimis eas ſuis aperit liberis, quos educat, in quibuſvis bonis moribus & civilibus converſationibus omnes homines tam ſuperioris quam inferioris conditionis reverenter & obſervanter honorandi, prout ipſamet exemplum ipſis præbet, ſiquidem natura eſt prolifica, & quia in ætate virili magna conjugii eſt amatrix & cum uxore, & liberis ſuis in magna vivit charitate, in ipſorum ſuſtentatione admodum eſt vigilans, pro mercedibus remunerationem gratitudinis expectat, & ingratiſſimus quiſque per hanc ſemel amiſſum favorem apud illam recuperare valet. Malum malo referre neſcit, & vehementiſſima ipſius maledicta ſunt verba quidem pauca, tamen dura quibus admodum magna cum prudentia malefactoribus mercedem ſui facinoris, quod adhuc eſt in ipſis, conjicit & convincit, ut ad propriam deſcendant confeſſionem, neque unquam in moleſtiam conjicere quenquam quærit, & in gravibus inquirendis rebus, quæ magnum poſtulant conſilium, quod ab aliis non expectandum, admodum eſt ardens & propter ingenii ſui acumen & incepti Operis finem quærendi, aptitudinem promptam; & quia perpetuo de gravibus cogitat rebus, non de communibus,

bus, aliiſque ignotis eſt ſollicita ſemper, ob hoc tranquillam quærit & quietam vitam, ſecundum Proverbium:

——— *Alterius non ſit qui ſuus eſſe poteſt.*

Quicquid in infortunii occurſibus ex natura odii & invidiæ, proſperæ ſuæ fortunæ, aut ſui ingenii abuſu ſibi evenit, ab hoc tamen rationabiliter tanquam à non averſabilibus & immutabilibus difficultatibus Animum liberare, & omnium inde dependentium moleſtiarum oblivifci poteſt, & quia propter regnandi poteſtatem aptitudinem ſæpius vocatur in ejuſmodi actionibus, admodum eſt ſevera libenterque perfert ab aliis reſpectum ſibi debitum, ſiquidem ad juſtitiæ adminiſtrationem eſt ardens, intrepida ſed perſeverans & ſecundum æquitatem abſque conſideratione ulla exſequens ad nominis majoris glorificationem & magnificentiam cujus tamen externe nullam præ ſe fert ſpeciem. Et maximam animi ſui Nobilitatem exhibet in ſilentio magnarum ſibi commiſſarum ſecretarum magni momenti rerum, cujus nomine plerumque apud magna regimina & Magiſtratus ſupremæ ſuæ fortunæ, famæque & honoris promotiones obtinet, ut in ſenectute honorifice vivat ac moriatur. Nam ſub ſuam regiminis vim & poteſtatem multos redigit voluntarios, quia horum Oculi & Cor ſatisfactiones in conver-

 ſatione

ſatione cum ipſa reperit, & quia ab illa ſalutares ad proſperam fortunam promotiones obtineri poſſunt. Inter alias animi recreationes ſe valde delectat per Montes, valles, magnas ſylvas & elegantia flumina petere peregrinas regiones.

Quamvis non ſuperba nec faſtuoſa ſit in veſtibus, tamen pura ac munda ſunt ipſius veſtimenta. Præprimis linteis candidis delectatur candidiſque coloribus, tum maxime in alimentatione candidorum animalium, ut ovorum, cygnorum, anſerum, anatum, columbarum, & omnium ferarum terreſtrium beſtiarum & aquaticarum avium, & ſemper ita vivit, ut tranquilla conſcientia mori queat.

De Jovialis Complexionis harmonia animi interni, cum viribus naturalibus corporis conſtitutione.

V*Ires* hujus complexionis, ſecundum propriæ ſuæ ſpeciei requiſitum partium corporis calorem, in ſua vegetatione vivaciter, & mobiliter nutriuntur, per ſimiliter naturati fermenti calorem, quod fermentum ſecundum partium propriorum ventriculorum diverſitatem diſtinguendum eſt; aliter enim ſe habet fermentum in ventriculo, quam in inteſtinis, aliter in ductibus chyliferis, quam in arteriis &c. ſecundum craſſiorem aut ſubtiliorem

liorem in-vel externarum corporis partium ſpeciem, & proprii officii requiſitum.

Fermentum hujus Complexionis Jovialis eſt ſubtilis attenuantis incidentis admodum grati vinoſi acidi & os refrigerantis ſaporis tanquam tertium proveniens ex duobus aliis mediante tertio, in quo tertio hujus ſolutio & rurſus coagulatio ut & maturatio ſaporis, odoris & coloris provenit. Nam omnis ſapor ſive odor acidus, vinoſus aut tartareus conſtat

ex in { *Salis* acidi maturi fixi & volatilis - *Part*. 2.
Sulphuris maturi volatilis oleoſi —— 4.
Mercurial. humiditatis ſubtilis ſolventis 3.

Et quia tale acidum hujus Complexionis, bene mixtum ex tribus, ergo hoc eſt fermentum ventriculi & inteſtinorum admodum ſubtile, & propter ſuam Mercurialitatem tenue, fluidum, temperatam admodum naturæque amicam, promptam cibi & potus aſſumti ſolutionem introducit. Et hujus per hanc fermentationem ſeparatus ſuccus nutritius in ulterioribus adhuc ventriculis, ductibus Chyliferis, glandibus, arteriis, &c. obvius plerumque eſt ſubtilis, ſpirituoſus, & corruptioni Effervеſcentiæ aut Putrefactionis non ita facile obnoxius, quam ob cauſam ægri non multum humiditatis per os, & nares aut ſudores excernunt.

Nam omnis Sapor aut Odor Tartareus per naturalem emunctoriorum excretionem, poſt

perfectè factam fermenti ſeparationem in omnibus ventriculis, quatenus prædominatur pars ſalina eſt laxans, & amarum præternaturale corrigens, & præcipitans in prima concoctione ventriculi & inteſtinorum per alvum expellens, vel in ulterioribus ventriculis fermentando per veſicam felleam vias urinarias glandulosas & porro eſt excludens, & quoad ſulphur prædominans Anodynum & hypnoticum tunc omnes illos mitigat dolores præternaturales provenientes ex inflammatione, ab acribus vel ſalſis lixivialibus aut acidoſorum ſaporibus & fœtoribus peccantibus tam in cerebri cellulis quam in aliis ventriculis, tunc in hac complexione *Joviali* ille ſapor acidus Tartareus præternaturalis facit præternaturales operationes & in oppoſito acidi Tartarei eſt ille erodens, præſertim in Tartareis morbis inter membranulas ſive tunicas nervorum & inter muſculoſas partes. Nam iſtius humectantes Lymphæ naturam confermentant in efferveſcentiam cauſantem dolores, & propter tam extenſionem quàm acrimoniam corrodentem, ut videamus ſi inter cutem & carnem inde procreantur eryſipelata, puſtulæ, etiam variæ ſcabiei ſpecies & ſcorbuti cauſantur; & propterea hujus *Jovialis* complexionis natura tam in juventute, quàm in ſenectute admodum eſt vivax & calida in frigore. Hujus laboris ut & morbi ſudor non eſt ſuperfluus

putri-

putridus, male aut graviter olens fœtor, nec etiam oris halitus. Hujus arteriarum, venarum ſanguis eſt ſubtilis & lævis, aëreus & calefaciens. Hujus glanduloſa lympha nutriens & humectans partes membranoſas, nervoſas, muſculoſas & cartilaginoſas, ſimiliter eſt bona uſque in extremam ſenectutem. Et quia prædictæ fermentationes admodum ſubtiles & aëreæ celereſque ſunt, ex ſimili motu fermentativo ſimilis generatur calor, qui etiam hujus complexionis vegetantibus viribus naturalis eſt nutritionis cauſa, ut ſic omnes externas organicas partes corporis in omnibus accretionibus & functionum motiones ſecundum ipſius ſubtilem facilemque ſpiritum dirigentem cito & prompte conſervet, abſque earum laſſitudine aut debilitatione.

De Jovialis Complexionis Harmonia virium naturalium, cum morbis & accidentibus corporis in-et externis.

QUod ſi in ante dictis partibus *Jovialis* complexionis ventriculis fermentum naturale, prout ſequitur, corrumpitur, ut propter ſequentes rationes, pars ſalina in efferveſcentiam aut pars ſulphurea præcipitata mediante Mercurialis humiditatis in putrefactionem collocentur quod perfacile diverſo modo fieri poteſt, aut per ſubito alterantem animi affe-

affectum iræ, horroris, terroris, anxietatis, Melancoliæ, amoris inordinati utpote propter imminens, aut præteritum infortunium aut injuriam, aut propter excedentem calorem aut frigus, aut propter inſuetum cibum & potum in qualitate vel quantitate aut intempeſtivo temporis uſu peccantem, tum prædictum fermentum ejuſque natura in ſua conſueta ſanitatis operatione immutatur; inde exurgunt in interioribus, & exterioribus corporis partium ventriculis varii morbi & accidentia ſecundum diverſitatem, aut efferveſcentiæ ſalis acidi aut putrefactionis ſulphuris præcipitati mediante Mercuriali humiditate, ut dictum anteà fuit, quod ſic quaſi in momento, per primam aliquam alterationem tanquam in novum mutatur tertium in primis ventriculis, aut in pluribus adhuc alterationibus in ulterioribus ventriculis corporis partim, partim in extremis, prout unum horum per temporis digeſtionem figitur aut volatiliſatur aut præcipitatur, vel in ſuo ordinario ſapore vel odore fœtoreque mutatur & tunc conſequenter in illis novam producit alterationem tam ad varios morbos ſecundum ſitum partium, quam apud ægrotos ad priſtinam ſanitatem fere ſecundum alterationes, quæ in Chymia obſervantur.

Quomodocunque igitur morbi cauſa fiat, aut in quocunque ventriculi corporis partium,

tium, attamen certum eſt quod in genere hujus complexionis morbi vel accidentia ſint ſubitanea in acceſſu ut quoque in diſceſſu, neque diu durant niſi morbi fuerint fixi citoque rurſus convaleſcunt, eo magis, quia nullum exinde commoti & alterati animi ſentiunt effectum, pro morborum ſuſtentatione, quod tamen *Saturninis* eſt proprium. Attamen ſi à fixis, aut vehementer infeſtantibus corripiuntur venenis, morbos tunc ſæpius per extinctionem naturalis caloris fermentativi vires non ita ſubito recolliguntur, ad amiſſæ ſanitatis reſtitutionem, ſæpiuſque præter ſpem ſuffocantur, plerumque tamen illas miraculoſe recuperant. Veruntamen quia ſubtilis ſalis effervescentia, multos ſubtiliter penetrantes, incidenteſque producit pernicioſos flatus, ipſius Colicæ tormina inteſtinorum, & pleuriſes ſunt acutæ & vehementes, ut & accidentes inde febres propter flatuoſam ſanguinis effervescentiam ſubitaneæ & acutæ pulſationes, punctiones & dolores cordis & capitis, ut plurimum tamen verſus tempora..

Breviter, ſi hujus fermenti acida pars ſalſa effervescendo peccat, mediante Mercuriali humiditate, flatus inde prolati (ut dictum antea fuit) vehementium Olentium celerumque ructuum ex ventriculo autores ſunt; in inteſtinis flatuum, crepituum Borbonigmorum, colicorum ſive murmurantum cauſa primaria

maria ſunt: in lateribus & hypochondriis multas pleuritidis ſpecies, & dolorem cinguli inſtar pectus circumdantem producunt.

In Capſula cordis & ſub Diaphragma vehementes ſudorificas lypothymias & palpitationes.

In cerebri cellulis, Phreneſin, vertigines, catalepſiam, epilepſiam.

Inter Membranas & muſculoſas partes Apoplexiam, Hemiplexiam, contractiones nervorum, Iſchiaticam, Chiragram, Podagram, Dentagram, Gonagram, Scorbutum in veſicula fellea bilis eructationem, quæ præternaturaliter ſe cum maſſa ſanguinis, & lymphæ nutrientis aut humectantis miſcet, &c. & ulterius in aliis partibus eryſipelas, Cancrum, Lupum, Melliceritam, Scabiem, Lepram & Scorbutii varias ſpecies producit.

Porro velut dicti Morbi & Accidentia ab acido efferveſcente corrupto originem ſuam ducunt: Simili ratione de effectibus præcipitati & putrefacti ſulphuris mediante acido & Mercuriali humiditate, plus aut minus ſecundum partem, & ſitum corporis prædominantem, vel ſecundum ſpeciem partium intelligendum eſt & Morbi & Accidentia inde oriunda judicanda ſunt. Siquidem diverſitas partium diverſa imponit Morbis nomina, cum ex eadem fluant cauſa etiam ſecundum diverſitatem tam ventriculorum quam corporis par-

partium originem multi procreantur flatus olentes & confermentantes Scorbutici, & Aquoſæ influxiones ventriculum, brachia, manus, pedes & faciem cum palpebris tumefacientes & ſæpius inde tympanitidem & hydropem procreant, imo etiam duros molleſque purulentos humores, fiſtulas, Eryſipelata & alias cito & tarde venientes, & pereuntes multos dolores, puſtulas & alias corporis afflictiones plures promoventia ipſum animi exitum.

Præſertim *Jovialis* complexionis motus extraordinarii periculoſiſſimos celerrimoſque procreant Morbos, ut ſemper in facie patiatur φλόγωσιν ac ſi ad ignis flammam ſtetiſſent, tum ipſi ſubitæ ſanguinis ventilationes in parva quantitate egregie conferunt, ſiquidem ipſius vertigines ex ſanguinis ſunt efferveſcentia.

Et ut plurimum inter alios Morbos hujus complexionis Jovialis hic ignis eſt animæ exhalatæ currus triumphalis Eliæ.

Dedimus hactenus, de Morbis Jovialibus tantùm generalia, deſcendamus ad ſpecialiora, & nunc aliquot proponemus affectus, qui licet uni iidemque, tamen inter ſe diſcrepare videntur, idque ſolum propter complexionum in quas incidunt varietatem: ex quibus hoc patebit clarius quod unus & idem Morbus diverſis remediis tolli debeat, cuique complexioni dicatis; quod hactenus à paucis Medi-

Medicorum obſervatum, à plurimis neglectum fuit.

Et hoc per exempla videbimus; in quem finem unum & alterum Morbum in complexione *Joviali*, ut & in cæteris complexionibus conſiderabimus.

A *Scorbuto* autem, utpote non ſolum *Belgis* maxime ſed & aliis *Nationibus* infeſto admodùm, primordia capiamus. Quæ afflictio prout eſt notiſſima, ita ejus ſymptomata recenſere ſuperſedebimus præſertim communia ut ſunt laſſitudo ſpontanea &c. ſaltem cuique complexioni propria quædam ſymptomata enarrabimus eorumque curam per harmonica Medicamenta trademus. Differentiæ vero Morborum Scorbuticorum ex ſequentibus obſervandæ ſunt ſignis, externis ſcilicet.

Jovialis complexio multas pallido-igneo flammas, & albo-cæruleas exhibet maculas inſtar germinum ſambuci, aſſimilaturque iis qui fame laborant canina; ſiquidem fermenti ſapor acidus aut tartareus, vi præcipitati fellis fermentalem ſanguinis & lymphæ aciditatem quaſi duplicat, fitque hæc complexio carne macra & tumida.

Saturnina complexio, atrorubentes & pruneas maculas, ac ſi vehementer unguibus aut forcipibus compreſſa eſſet. Eſtque ſimilis Phthiſicis, quia fermenti ſapor acerbus aut vitriolaticus factus, qui vi ſuæ calidæ reſolutionis,

tionis, & fortis ſulphuris Narcotici cum admixtione frigidæ humiditatis ſanguinis & lymphæ debiles & macros reddit ægros, aut vi ſaporis auſteri vel aluminoſi coagulantis, ſiccos.

Martialis complexio multas habet maculas prunorubras pulicum morſibus ſimiles, referunt Atrophicos, quia fermenti ſapor amarus vel nitroſus, vi ſua ſubtilem ſanguinis humiditatem lymphæque exſiccante ægros reddit macros & ſiccos.

Solaris complexio, multis flavis ut & ſæpiculè dilutè & clarè cæruleis notatur maculis inſtar arteriarum ruptarum, comparatur iis, qui ſudore laborant Anglico. Nam fermenti ſapor acris vel Armeniacoſus vel acido-ſalſus volatilis vi ſua viſcidam humiditatem incidente ſanguinis & lymphæ maſſam attenuat, & vaporoſam reddit.

Venerea complexio multis cæruleis & viridibus gaudet maculis quaſi ex contuſione aut verberibus, eſtque ſimilis iis qui febre laborant continua, ſiquidem fermenti ſapor acido-ſalſus fixus aut ſalſus marinus vi ſua bilem per alvum, urinam, ſudorem detergente fermentum ſanguinis & lymphæ corrumpit, unde ægri ſunt frigidi & macra carne.

Mercurialis, multas dilutè coloratas habet maculas flavas, cæruleas, viridiuſculas inſtar iridis & ſimilis iis qui uteritia laborant, quia

 fermenti

fermenti ſapor dulcis ſaccharinus ſeu mellineus, vi ſuæ mitigationis & temperationis Acrimoniam bilis & Urinoſi ſalis in ſanguine & lympha tenacem, vaporoſam reddit, & carne flaccida omnes ſunt ægri.

Lunatica complexio multis aqueo-cæruleis & fuſcis ut & pallido-flavis ſignatur maculis ac ſi à contuſione, & verberibus orirentur, ſimilitudinem habet cum illis qui laborant hydrope, præſertim Anaſarca, aut potius leucophlegmatia. Nam ſapor fermenti aquoſus inſipidus vel viſcoſus ſubſuavis, vi ſua humectante & diluente viſcoſum ſanguinem reddit & corpus aquoſum & flatibus tumidum.

Hæc omnia jam dicta de præcipitationis effectu poſtea fiunt, ſecundum cujuſque complexionis deſcriptam fermenti efferveſcentiam aut putrefactionem cujus flatus inde reſultantes, hoc vel illo ſapore aut fœtore infecti peccant.

Nimirum ſi exhalationes tales ſanguinis in vaſis capillaribus & lymphæ in glandulis ſubcutaneis, quæ per Diaphoreſin, aut ſudorem excludi deberent, retinentur & à ſtatu naturali declinantes non ſolùm carnis fibras contrahunt, ſed & ſimul orificia pororum obſtruunt, hærenteſque ſub cute manent tales humiditates, & ſecundum prædominans acidum aut amarum, vel ſalſum vel dulce in fermento corrupto per efferveſcentiam ſucceſſu temporis

poris longioris aut brevioris, putrefactæ aut corruptæ, prædicta colorata generant Scorbuti ſigna. Horum autem omnem curam tres abſolvunt indicationes.

1. *Saporis* & *Fœtoris*, peccantis correctio prædictæ effervefcentiæ.

2. Ejuſdem diverſimodè materiæ correctæ evacuatio.

3. Ventriculorum ſeu partium in-& externorum corroboratio diverſa.

4. *Saporis* & *Fœtoris* correctio fit per ſequentia correctoria ſive præparantia. Quorum alia omni complexioni, alia huic vel illi magis magiſque conveniunt.

Correctoria in *genere* conſiderata ſunt ſextuplicia.

Imbibentia, quæ omnia calcis ſapore prædita *paſſiva* merito dicenda; quia omnis acidus ſapor agit in ſaporem calcis. Suntque triplicia.

1. Claſſ. Dura.	2. Claſſ. Duriora.		3. Claſſ. Duriſſima.	
Bolus Armena vulgaris.	*Dentes.*	*Uſta & Spagirice cum & ſine igne præparata.*	*Elephantis.*	*Coral. albi.*
Creta alba.	*Ungulæ*		*Alcis.*	—— *nigri.*
Calx viva.	*Cornua.*		*Cervi hirci.*	—— *rubri.*
	Crania.		*Rhinocerot.*	*Lap. alector.*

Foſſilia.
Lapis Oſteocolla.
Spongia.
Tripoli.
Triſta.
Oculi Cancrorum,
Piſcium.
Putamina ovorum.
Teſtæ Cancrorum.
Terra Sigil. Bohem. Sileſienſis.
Lemnia.
Muſcus corallinus.

Oſſa.
Cornua foſſilia.
Creta rubra.
Conchæ Marinæ.
—— Fluviatiles.
Margaritæ.
Matris Perlar.
Lapis Bezoar.
—— Porci.
Calculus Urinæ hominis.
Animalium.
Veſicæ felleæ Brutorum.
Oſſa Foſſilia.

Hippopotami.
Apri.
Unicornu.

Aëtitis.
Aquilæ.
Bufonum.
Cati.
Carneolus.
Hæmatitidis.
Indicum Marmor.
Lazuli.
Magnetis.
Terra figulina.
Sigillata uſta.
Nicotianæ fiſtulæ.
Martis Lunæ raſura.
Sapphirus.
Hyacinthus.

Reſultat inde ſemper tertius ſapor non quidem novus, ſed virtutis adſtringentis.

2. *Deſtruentia*, quæ ſunt omnia calcinata per ignem *Salia* purè ſalſa urinoſa, & lixivioſa fixa ſive foſſilia ut ſalis communis, Maris, Petræ, Gemmæ, ac omnium vegetabilium, & animalium *Attractiva* merito dicenda. Quia omnia hæc ſalia lixivioſa & per ignis torturam fixata propter ſuum tali modo acidum amiſſum, aliud appetunt atque hic acidus Scorbuticus quo nactò ſua vi ſiſtit effervescentiam Acidi putrefactionis effectum & abſtergit per vias urinares, ac hujus admixtione iterum fit, ut antea, ſal tertium ſubacidum ſalſum fixum quaſi Marinum aut Montanum & non ſimpliciter

citer hoc ſal fixum imbibit prædictum acidum humorem effervefcentem in partibus ſive ventriculis corporis humani, prout calceus etiam ſapor, ſed poſtea iterum abſtergit & fermentum promovet inſtar ſalis cibarii noſtri, ut in aliis videbis locis.

3. *Dulcificantia* ſunt omnes ſpiritus acres ſalium lixivioſorum volatilium ex animalibus aut vegetabilibus, & omnia Olea deſtillata, & rectificata per Alembicum vel Retortam, & hæc ad differentiam cæterorum *Collectiva* nomina dicere liceat, quia omnis lixivioſus acris ſpiritus ſeparatus appetit ſuum acidum & per attractionem, ſe jungit rurſus acido, & fit ita Sal tertium ſub acido ſalſum volatile, quale non ſolum invenimus in Urinis, Sanguine, Sudore, Saliva, Aurium Nariumque excrementis, Oculorum lachrymis, ſed & in omnibus talibus animalium partibus ut Roſtris, Unguibus, Cornubus, Oſſibus, Dentibus, Craniis, Pilis, &c. & in multis gummatibus & ſuccis arborum & plantarum, quæ non ſolum dulcificant ſimpliciter, ſed ſimul obtinent effectum Salis Armoniaci reſolventem omnem viſcoſitatem ac mucilaginoſitatem. Conſule Complexionem *Solarem*.

4. *Mitigantia* ſunt omnia Sulphura Anodyna, Narcotica, Hypnotica, ſive Dulcia, ſive Amara, ſive Subamara-dulcia ex vegetabilibus, Animalibus ſeu Mineralibus *Obtundentia*

meritò dicenda, ſiquidem aut ſecundum idæam imaginatam pro organi ſenſus ſpecie aliam ſuppeditant phantaſiam aut perverſum ſenſum, aut ſpiritus animales ſeducunt, ut perversè in ipſis operentur: quia omne Amarum, vel Dulce, vel Subamaro-dulce Sulphur aſſumit acidum, Auſterum per præcipitationem. Huc pertinet Saccharum Saturni, Jovis, (*Vide Mortem Morbor. p.* 23.) & fit Sal tertium Amarum, aut Nitroſum, quod non ſolum ſimpliciter mitigat, ſed & alias præſtat Salis Nitroſi vel Mellinei effectus. quorum illos vide in complexione *Martiali*, hos in complexione *Mercuriali.*

5. *Præcipitantia.* In Sulphuris putrefacientis effectu ſunt omnia liquida & non liquida vegetabilium ſive Mineralium acida, ut acidus ſuccus aurantiarum, acetoſæ variæ ſpecies, Berberorum, Citri, Carnis Cydoniorum, Granatorum, Mororum, Rebeſiorum, Tamarindarum, acetum cereviſiæ, vini & omnium Fructuum, Herbarum, Florum, Radicum aceta poſt fermentationem & fontium aquæ; item omnia ſalia ſubacida & acido-ſalſa fixiora nativa & eorum aceta *vulgaria* & *ſpiritus* ab inſciis appellantur ſcilicet Salis communis Marini, Montani, Tartari, Petræ, Gemmæ, Vitrioli, Sulphuris, Aluminis, &c. Item Salia Artificialia ſeu Salia eſſentificata, nempe Tartarus Vitriolatus, Salſificatus, Nitratus, Sulphuratus, Aluminatus, Nitrum Vitriolatum, Sulphuratum, Aluminatum, &c. Item

Item omnium Vegetabilium Aceta oleoſa fœtida per Retortam rectificata præſertim lignorum, ut & omnia ſubacido-ſalſa volatilia, ſed non ratione Sulphuris, eorum volatilis ſed conjunctæ aciditatis præcipue ab 🜍re, liquidæ, quantum pro ſalino corpore petitur.

6. *Diluentia* ſunt humiditates & ſucci Mercuriales Vegetabilium, Animalium, & fortium *Abſorbentia* meritò dicenda, quia omnis Mercurialis humiditas diſſolvit & liquefacit, enervat omnem Salem Acidum, Acerbum, Auſterum, Acrem, Salſum, & fit tertium, Sal aquoſum, non ſolùm ſuum effectum exercens, ſed omnes qui de ſapore aquoſo, in Complexione *Lunatica* dicti ſunt, hujus notæ ex Vegetabilibus ſunt traditæ in *Diribitorio Medico Pag.* 39.

DILUENTIA.

Hæc omnia ſunt Vegetabilia ſapore Dulci ſive Subdulci ſive aquoſa Lympha Mercuriali prædita: Exempli gratia.

Accipitrina.
Anagallis.
Borrago.
Bugloſſa.
Chondrilla.
Cichorium Hort.
Dens Leonis Bulbo:
Endivia.
Gramen fluviatil.
Graminis Rad.
Hepatica nobilis.
Hieracium.
Iris paluſtr.
Lactuca.
Lens Aquat.
Malva.
Melo.
Mora rubi Idæi.
Noli me tangere.
Nummularia.
Ononis ſine Spir.
Ornithogalum.
Primula veris.
Prunella.
Quinquefolium.
Quinquefol. fragifer:
Radix Roſæ.
Roſa alba.
Saxifragum album.
Senecio.
Trifolium pratenſ.
Tragopogon.
Violaria.
Umbilicus Veneris.

Illinentia partes & fervoris effectum *temperantia* ſunt omnes Mercuriales viſcoſitates & mucilaginoſitates & Olea expreſſa ſeminum fructuum merito *Defenſiva* aut *Conglutinantia* dicenda, quia cum partium pinguedine naturali ſe miſcent & eas illinunt, fitque inde tale tertium, quod non ſolum efficit quod dictum eſt, ſed porrò omnia quæ viſcoſus ſapor lubricans & oleoſus qui in Complexione Lunatica videndus. Horum Præparantium uſus ſit per aliquot dies.

DE EVACUANTIBUS.

Materiæ Correctæ Evacuatio fit quadruplici modo potiſſimum.

1. Per vomitum. 2. Per ſeceſſum. 3. Per ſudorem. 4. Per urinas.

Hoc modo *Sapores* & *Odores* corrupti poſt correctionem, & præparationem per ſua emunctoria, evacuandi ſunt. Sequenti igitur die exhibeatur ſtomachi & glandularum pancreatis evacuans per ſuperiora aut inferiora, & pro neceſſitate urgente temporiſque occaſione, & morbi exigentiâ, vel in principio, vel medio vel fine Morbi: ratione virium habita. Si igitur vomitorium requiratur, detur conveniens Complexioni hujus vel illius hominis, materiæ peccantis ex ſequentibus.

Vomi-

Vomitoria.	Purgantia.
℞. *Vitrioli Cyprii aut Rom.* gr. v.	Poſtea Purgantia adhibentur.
vel	℞. *Reſinæ Agarici* gr. vij.
Vitrioli albi Vomitivi gr. xv.	vel
vel	*Reſin. Gialappæ* gr. viij.
Aq. Benedictæ Rulandi ℥iij.	vel
vel	*Reſinæ Scammonæ* gr. vij.
Cro. Metallorum gr iv.	vel
vel	*Extractum hellebori nigr.* gr. viij.
Vini ex poculo Antimonii ℥iij.	vel
vel	*Vitrioli Lunæ laxat.* gr. viiij.
Sulphuris Antimonii gr. vij.	vel
vel	*Vitriol. Cypr. laxativ. per Olei Tartari præcipitationem* gr. iv.
Tartari Emetici Mynſichti. gr. iv.,	vel
vel	*Tartari Vitriolati* ℈ß.
Infuſionis vitri Antim. Baſilii per ſe ℥iij.	vel
vel	*Extract. fol. Sennæ* ℈i.
Mercurii vitæ Angeli Salæ gr. iij.	vel
vel	*Extract. Diacathol. cum Mercur. dulci* ℈i.
Aceti ſquillitici ℥ij.	vel
vel	*Antimonii laxativ.* gr. vj.
Vomitivæ ſapæ Sylvii gr. iiij,	vel
vel	*Extract. gum. guttæ* gr. viij.
Infuſion. folior. Aſari q. ſ.	vel
	Gummi guttæ Roſatæ ℈ß.
Doſis adhibeatur pro complexionis, virium, ætatis conditione.	Medicus Doſin augere & minuere poteſt, ut dictum fuit.

Sudorifera.

℞. *Antimonii Diaphoret.* ℈j.

vel

Bezoartici Mineralis gr. iv.

——— *Jovialis.*

——— *Lunaris.*

vel

Salium fixorum ℈j. *Species ſunt variæ.*

vel

Salia Animal. Volatilia ſive Veget. gr. xv.

vel

Aluminis tincti à Mynſichtio ℈j.

vel

Mercurii Corallat. Diaphoret. gr. iv.

vel

Aceta varior. Lignorum ex Retort. ℥jß.

vel

Spiritum Tartari ℈ij.

Ex quibus unum vel alterum convenienti Doſi in aquis convenientibus deſtillat. exhiberi poteſt.

Urinas propellentia.

℞. *Tincturæ Tartari* ℈j.

vel

Tincturæ Succini. ℈ij.

vel

Balſam. Sulphuris Aniſat. Gut. ix.

vel

Liquoris Tartari ℈ß.

vel

Salis Prunellæ. ℈j.

vel

Lixiv. Oculor. Cancror. ℥ij.

vel

Olei deſtillat. Juniperi ℈j.

vel

Spiritus calcis vivæ Tartariſ. Baſilii. ʒj.

Convenienti Doſi in aquis vel vinis convenientibus exhiberi poteſt.

Poſt ſufficientem ventriculi & aliarum partium Evacuationem rurſum confortantia & reſtaurantia adhibenda, quæ ſcilicet fermentum in ſtatum prorſus naturalem reſtituunt, ut ſunt generaliter omnia Salia acido-ſalſa fixa ſive volatilia, Natura aut arte facta quibus videmus hominis naturam præſertim verò fixis delectari.

1. Naturalia quidem fixa ſunt, Sal Marinum, Sal Montanum, Sal Fontanum, Sal Gemmæ, vide antea.

2. Naturalia vero volatilia ſunt Sal Petræ, Sal Nitri, Sal Minerarum, Sal omnium Vegetabilium ex ſuccis expreſſis.

3. Artificialia autem eaqúe fixa ſunt omnia Salia eſſentificata vegetabilium, animalium per artem parata ex calcinatis Salibus fixis pure Salſis aut lixivioſis cinerum, uſtorum, lignorum aut herbarum: ſi cum proprio aut alieno aceto per Retortam expreſſo imbibantur, & tam mutantur in Salia acido-ſalſa fixa aut Salſo-ſalia, & appellantur *Salia eſſentificata*.

Item omnia Salia eſſentificata Mineralium, ita præparata ut ſunt Tartarus Vitriolatus, ſeu Nitratus, ſeu Sulphuratus, ſeu Salſatus, ſeu Aluminatus, ut vice verſa Nitrum Vitriolatum, Sulphuratum, Salſatum ut Aluminatum. Item ſaccharum Jovis, ſaccharum Saturni, &c.

4. *Artificialia* volatilia verò ſunt Sal Armoniacum, Borax, Sal Urinæ, Sal Sanguinis, item omnia Salia ſublimata & eſſentificata per Retortam, ſcilicet Sal Cornu Cervi, dentis Elephantis, Cranii humani, oſſium animalium, Sal Viperarum, Bufonum, fuliginis & ejuſmodi, &c.

Item omnia Salia eſſentificata volatilia Mineralium, ſi aceto Vitrioli vel aceto Nitri, vel Salis,

Salis, vel Sulphuris, vel Aluminis addatur Spiritus Urinæ, Salis Armoniaci, fuliginis vel ejuſmodi genus, leni evaporatione humiditatis fit Sal Cryſtallinum inſtar Salis Armoniaci.

Reſpectus tamen habeatur ad quamlibet Complexionem.

Dedimus hactenus Generalia de Cura Scorbuti; nunc propinquiùs ad ſpecialiora deſcendamus in Scorbuti cura.

Cura Scorbuti in Joviali Complexione.

COmplexionis Jovialis Correctio peccantis ſaporis *Acidi Tartari* ſeu *Acidi* qui peccat vi erodente, exulcerante, exſiccante, *præcipitante*, omnia ſequàm dirigente & humiditatem abſorbente, & expellente fit aut

Per

Mercurialia aquoſa. Vide correctorium auſteri ſaporis.

Aut per

Salina, nempe *Salia acida Salſa* Volatilia, Amara, *Sulphurea*, *Fuliginoſa*, *Nitroſa*, ſed multo melius

Per

Salium Volatilium ſpiritus acres, armoniacoſos, urinoſos, lixivioſos, volatiles propter ſuam majorem vim, Salis Tartari aciditatem præternaturalem imbibentem, attrahentem, incorporantem, mortificantem, & expellentem per urinas & ſudores.

Aut

Aut per

Salia pure ſalſa, & lixivioſa fixa etiam. Vide Auſterum ſaporem de cæteris, &c.

Aut per

Sulphurea fixa, ſive calceum ſaporem, etiam ibidem de cæteris, &c.

Aut per

Præparantia ut & varia ac diverſimoda conveniunt lapides calcei ſaporis, puriſſimi tertiæ claſſis, verbi gratia.

℞. Imbibentes *Lapidis Hæmatitidis præp. tert. claſſis Corallorum rubror. præp. āā* ℥j.
Raſuræ Martis crudæ. ℥jß.
Miſ. divid. in part. 8. æquas, mane & veſperi ante cœnam cum vino Hiſpanico. q. ſ.

vel

℞. Deſtruentis *Salis petræ fixæ* ʒij.
Antimonii diaphoret. ʒj.
Miſ. divid. in part. 8. æquas, ut antea.

vel

℞. Dulcificantia *deſtillati Spiritus Salis Armoniaci* ʒj.
Olei cornu cervi fœtidi rectificat. gut. x.
Eſſent. Ambræ griſeæ. ℈ß.
Olei Caryophyl. gut. j.
Miſ. divid. in part. 8. æquas, ut antea.

vel

℞. Mitigantis *Sulphuris Anodyni. ſacchari Jovis* ℈j.
Laudani Opiati *gr.* iij.
Olei Aurantiarum gut. iij.
Ireos Florent. pulv. ʒj.
Miſ. divid. in part. 8. æquas, ut antea.

vel

℞. Diluentis *Succi Braſſicæ rubræ & Borraginis recent. expreſ.* ℥xvj.
Julapii flor. Betonicæ. ℥jß.
Roſarum rubrar. ℥j.

Miſ.

Miſ. divid. in 8. partes æquas mane & veſperi cum aq. deſtillat. dentis Leonis. ℥iij.

vel

Temperantis *fervorem ſive Oblinentis.*

Seminis Cydoniorum, Mucilaginis extr. cum aqu. ſangu. ſorbæ deſtillat. q. ſ. ℥iv.
Aquæ deſtillat. flor. Nymphæ ℥xvi.
Syrupi Plantaginis ℥jß.

Miſ. divid. in 8. part. æquas mane & veſperi.

ſive

℞. *Olei Amygdalar. ſive lini recenter expreſſ.* ℥ij.
Pro Doſi cum pauculo ſyrup. papaveris errat.

vel

NB. Quando accidentaliter vero Pars Sulphurea peccat, ut ſæpius fit,

℞. Præcipitantia *acida non conveniunt appoſitè acido Tartareo ſapori hujus Complexionis.*

EVACUANTIA.

Hoc modo nunc ſapor, & odor Acidus, aut Tartareus corruptus quodammodo correctus, & præparatus jam etiam evacuandus. Sequenti igitur die exhibeatur ſtomachi & glandularum pancreatis evacuans per ſuperiora, aut inferiora & pro neceſſitate urgente, temporiſque occaſione, & Morbi exigentia, vel in principio, vel medio, vel fine Morbi ratione virium habita. Si igitur Vomitorium requiratur, & quidem conveniens Complexioni Joviali.

Exempli gratia.

℞. Tartari *Emetici Mynſichti gr.* iij. vel iijß. *cum Vini Calid.* ℥iiß. *vel* ℥iij. *jejuno ſtomacho &* obſerventur cætera quæ obſervanda ſunt apud vomitiv.

Po-

Poſtero die, præparans mane & veſperi reiteretur.

Tertio die ſi neceſſarium adhibeatur purgans per inferiora convenientiſſimum, aut erit huic Complexioni *Joviali.*

℞. Antimonii *Sulphuris plenè purgantis gr* xij. vel xv. *in vini Rhenani cum ſaccharo q. ſ. & poſteà ut moris eſt, juſculum carnis.*

vel

℞. Sennæ *foliorum Extracti* ℈j. *in juſculo calido q. libeat. ſequenti die adhibeatur Sudoriferum conveniens.*

℞. Antimonii *Diaphoretici* ℈j.
oculor. Cancror. præpar. ℈ß.
Vini Rhenani ℥viij.
Syrupi Acetoſitatis Citri ℥j. *Miſ.*

Procede ut moris eſt ad provocandum ſudorem.

Sequente die adhibeantur Diuret. ſive Urinas propellentia.

℞. Calcis Vivæ *Spiritus Fratris Baſilii* ℈j.

NB.

Venæ ſectio interdum utile, interdum verò inutile Remedium: ergo relinquatur Medici bono judicio.

Poſtea adhibeantur ventriculi ventriculorumque confortantia & eorum fermentum naturale promoventia & reſtituentia, ut & inteſtinorum pancreatis glandularum. Hæc vero præſertim ex vegetabilibus ſequentibus *Jovialibus* anti-ſcorbuticis petenda ſunt, quæ habent ſignaturam aut partis, aut Morbi, aut humoris peccantis.

Pro

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herba *Alchimillæ.*	Herba *Auriculæ Muris.*
Barbæ hirci.	*Borraginis.*
Centaurii minoris.	*Chamædrys.*
Dauci vulgaris.	*Dauci ſylveſtr.*
Hepatica alba	*Epithymi.*
Galega.	*Fumariæ.*
Hippogloſſi Mar.	*Ircos noſtrat.*
Intibi ſativi.	*Miliefolii.*
Limonum ſive Citri ſemen.	*Nigellæ.*
Meliſſæ.	*Nigellæ montan.*
Nardus.	*Pulegii.*
Onobrychis.	—— *Fragiferi.*
Prunellæ.	*Rapontium.*
Quinquefolii.	*Stœchadis.*
Rumicis.	*Trifolii odorat.*
Scolopendriæ.	*Valeriana Græcæ.*
Taraxiconis.	—— *Vulgar.*
Millefolii.	

Ex hiſce & ſimilibus *Jovialibus* Plantis pro lubitu ſibi formulas remediorum concinnare poteſt quilibet expertus Medicus rationalis ſecundum ſexus Fœminini aut Maſculini indigentiam. Igitur eligere poteſt Herbam quam vel ſolam ſimplicem recentem, aut ſiccatam, aut arte Medica præparatam adhibere, vel earum eſſentiale Sal, vel Spiritum earum per fermentationem præparatam, vel Spiritum earum tartariſatum extractum, vel extracta earum per proprias aquas deſtillatas in forma pillularum, aut ſuccorum clarificatorum, vel inſpiſſatorum aut horum olea deſtillata

ſtillata ſimplicia vel mixta cum liquore Tartari, aut earum herbarum, aut cum tinctura tartarificata ſpirituoſa, aut tandem compoſita ſecundum ſuum beneplacitum, ut ægris gratæ ſint, conficere valet. Verbi gratia.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
℞. *Quinquefolii.*	℞. *Fumariæ Græcæ.*
Millefolii herbæ.	*Trifolii Odorati Herbæ.*

Spiritus cum Sale Tartari opt. calcinato q. ſ. per circulationem erit trium dierum ſpatio tinctura rubra tartariſata.

℞. *Hujus tincturæ* ℥j.	℞. *Hujus tincturæ.* ℥j.

Adde

Olei deſtill. meliſſæ ℈j.	*Olei deſtill. ſem. nigellæ* ℈j.
Sem. Dauci vulgar. ℈ß.	*Pulegii.* ℈ß.
Miſ. cum vino Hiſpanico mane & veſperi ℈j.	Miſ. cum aqua deſtill. Epithiæ mane & veſperi ℈jx.

Vel

℞. *Extracti per aquam deſtillatam herbæ Taraxiconis in* M. B. *redacti.*	℞. *Extracti per deſtillatam aquam herbæ Auriculæ muris in* MB. *redacti.*
Scolopendriæ.	*Radicis Valerianæ.*
Intybi ſativi an. ʒß.	*Rapontici an.* ʒß.
Olei Nardi Gut. vij.	*Olei deſtillat. Libanotis Coronar. Nigillæ montanæ an. Gut.* viij.
Limonum vel Citri ſem. Gut. v.	

Miſ. fiunt Pillulæ Num. xviij. quarum doſis ſunt 5. aut 6. mane & veſperi cum aqua deſtillata.

Onobrychi q. ſ.	*Cum aq. Pulegii fragiferi q. ſ.*

Vel

℞. *Succi recenter expreſſi & per albumen Ovi clarificati.*	
Hippogloſſi Maris ℥vj.	℞. *Succi Millefolii* ℥vj.
Centaurii majoris ℥j.	*Chamadrys.* ℥jß.
Julapii Roſarum ʒvj.	*Syrup. Stœchad.* ʒj.
Aq. Cinnamomi ʒij.	*Aq. Hirundinum* ʒij.
Miſ. ejus mane & veſperi ℥j. cum aq. barbæ Hirci ℥iij.	*Aq. deſtill. Dauci ſylveſt.* ℥iij.

Vel

℞. *Succi recenter expreſſi & clarificati & in formam mellineam inſpiſſati.*

Pro Mare.		Pro Fœmina.	
℞. *Herbæ Prunellæ*	℥ij.	℞. *Herbæ Borraginis ſemper virentis*	℥ii.
Radicis Ruminis	℥j.	*Nigellæ Herbæ*	℥j.ß.
Herbæ Galegæ	℥jß.	*Herbæ Nigel. montan.*	℥j.

Adde

Pulv. Alchimillæ, Hepatici alb. *Pulv. Valerianæ Græcæ, Ireos noſtrat.*

Quantum ſufficit ad Pillularum inſpiſſationem doſis ā. ℈j. ad ʒß. mane & veſperi.

Cum aq. deſtill. Filipendulæ. Aquæ Pulegii q. ſ.

Et ſic abſolvitur Cura *Scorbutica* apud *Jovialem* complexionem,& quomodo in aliis variet Scorbutus complexionibus, ſequentia dabunt. Imò Phyſiognomiæ in Praxi Medica utilitas ut magis illuceſcat, per omnes complexiones dabimus Epilepſiæ conſiderationem.

De Epilepſia Jovialis Complexionis

HUjus Morbi cauſam Ethnici in lumine Naturæ prorſus non potuere invenire; ſecundum varios effectus cuilibet ſpeciei peculiarem Deum aut patronum attribuêre, qui peccantes homines eo caſtigaret. Exempli gratia.

1. Si quiſquam in paroxyſmo admodum gemebundus Stentorea voce clamaret & maximas plurimaſque convulſiones in latere dextro ſenti-

ſentiret, hoc pœnam à Dea Cybele matre Sal: omnium Dearum miſſam putabant.

2. Si quis in paroxyſmo fero & perverſo vultu, voce forti clamaret ut hinnientes ſolent equi, hoc vocitabant caſtigationem *Neptuni.*

3. Si quis in Paroxyſmo vehementes membrorum Torturas, & corporis motus haberet ut præ anxietate urinam & fæces alvi emitteret, hoc appellabant pœnam ab *Hecate* Enodia.

4. Si quis in Paroxyſmo voce clara & forti titillaret ut aves, atque manibus aut pedibus fluctuaret ac ſi vellet volare, hoc dicebant *Præcipitationem* ab *Apolline Nonio.*

5. Si quis in Paroxyſmo ſimul manibus & pedibus calcitraret, & inſtar Apri circa os ſpumaret, hoc magnum à *Marte* dicebant infortunium.

6. Si quis noctu in Paroxyſmo magno cum timore & terrore è lecto exiliret, & inſtar feri hominis aufugeret; hoc dicebatur iratæ abreptio ab *Hecate*; verumtamen quicquid Ethnicis idololatris in lumine defecit naturæ, id Deus Chriſtianis Philoſophis per ſui Spiritus Sancti illuminationem largitus eſt, qui ipſum in Spiritu & veritate invocant & hiſce fabulis nequaquam adhærent; ſiquidem omnia naturalia accidentia corporis humani ſuas habent naturales rationes, & naturalia media & remedia ad ſui reſtitutionem ſub Dei benedictione. Diverſitas autem *Epilepſiæ*

 ſecun-

ſecundum cauſas diverſas oritur ex complexionum diverſitate, unde Paroxyſmus in aliis hominibus gravior, in aliis levior, &c.

Eſt autem *Epilepſia*, convulſivus corporis motus cum reliquarum animalium actionum abolitione. In genere verò omnis *Epilepſiæ* origo provenit ab incluſis flatibus & halitibus, Auſteris, Acerbis, aut Acidis hujus vel illius ventriculi ſucci nutriculi efferveſcentis, qui inſtar fulguris aut vehementis terroris cum impetu incidunt in cerebri cellulis, aut inter cerebri membranulas aut meninges, & quamdiu incluſi ibi manent, non ſolum ſuis extenſionibus, ſed & vellicationibus juxta ſuæ efferveſcentiæ naturam, ſaporem & fœtorem propter conſenſum membranarum totius corporis convulſiones inducunt Epilepticos. Atque in membranulis cerebri omnium membranarum & nervorum radices ſunt, alioquin impoſſibile eſſet ut hæc momentanea ſympathia partis Saturninæ cum partibus fieret nervoſis; poſtea verò ſimulac dicti flatus per ordinarios meatus pororum intercutaneos excernuntur; remittit Paroxyſmus ſicuti in colico affectu videmus uſque dum alii aſſurgant, vel redeant ſimiles pernicioſi flatus. Et quia pro complexionum ratione hujus efferveſcentiæ cauſa eſt ſapor & fœtor, aut Auſterus, aut Acerbus, aut Acidus acerrimus, aut Aluminoſus, vel acris & acido-ſalſus volatilis, vel Armo-

moniacoſus, haud ſolum in membranoſis partibus ingentes procreat contractiones, vellicationes per omnes partes organicas, ſed & quia utplurimum fœtor ex Narcotico, aut Anodyno conſtat robuſto Sulphure, omnem ſenſum tollit ab animalium ſpirituum influxu dependentem: hinc non audiunt, olfaciunt, vident, loquuntur, nec ſentiunt. Hos enim effectus Sulphuris Anodyni ſomniferi, ſtupefactivi fœtentis prout in Apio, Cicuta, Cicutaria, Hyoſcyamo, Opio, Papavere, Mandragora, Malo Inſano, Solano, Solano ſomnifero, *&c.* & in ejuſmodi cernimus plurimis. Ventriculi autem in quibus noxii hi ſapores & fœtores flatus effervеſcentiæ producuntur poſt præviam fermenti præcipitationem ſunt diverſi, potiſſimum tamen ventriculi cerebri, quandoquidem ab externo ſimili fœtore Narcotico per nares hauſto lympha glandularum ſive ventriculorum cerebri in effervеſcentiam collocatur. Hinc in momento Paroxyſmus *Epilepſiæ* idiopathicæ ſympatheticæque ex utero, &c. erumpit. Sæpe etiam ſi in cerebri ventriculo intemperies eſt relicta ab externo aliquo caſu, ictu, confuſione capitis aut à terrore vehementi aut forti impreſſione tunc illico fermentum ſucci nutritii corrumpitur primaque ſequela eſt mutatio in acetum, aciditas cauſam præbet effervеſcentiæ, effervеſcentia flatibus, qui fœtore & ſapore ſuo antedicto noxio

in momento convulſionem uti dictam Epileticam protrudunt. NB. Hic omnes cibi qui in acidum, vitriolativum, narcoticum facile mutantur adjuvante bilis influxu ut Fabæ, Piſæ, Lentes, Ciceres, &c. eo facilius, qui in ſe ſunt acidi ut acetum, ſuccus arantiarum, berberorum, citri, granatorum, cydoniorum, ceraſorum, ribeſiarum, tamarindarum, & varii ſucci acidi herbarum, & fructuum optimi, præterea omnia quæ facile ex nimio uſu in acetum mutantur ut mel, ſaccharum, lac, caſeus, amygdalæ, piſtatiæ, caro ſuilla, leporina, cuniculorum, fructus recentes, ut rapæ, albæ, flavæ, braſſica, mala Perſica, apricoſa ſeu Armeniaca.

Species fructuum &c. ſunt noxiæ, inſuper etiam ira, terror, tremor, ſollicitudo, anxietas probe vitanda. Item aër noxius, ſomnus & vigiliæ nimiæ, quia hæc præcipitant ventriculorum fermenti ſulphur, tumque ſequitur mutatio in venenoſum acetum tale propter caloris nativi defectum, qui alias provenit ex fermento, & non poſſunt effervesſcentiæ non ſequi, quæ ſuis cum flatibus magnum inferunt nocumentum, & juxta cujuſque complexionis naturam difficiles facileſve cient Paroxyſmos. Alia igitur ſymptomata in *Jovialibus*, alia in *Saturninis*, alia in aliis complexionibus producuntur & cernuntur in Paroxyſmo Epileptico.

Ha-

Harum igitur differentiam quilibet ex diverſitate complexionum, & earum fermento naturali vel corrupto petere poteſt. Verbi gratia.

1. *Jovialis* complexionis Paroxyſmi ſunt mitiores quam complexionis *Saturninæ*. Nam cito invadunt, tarde recedunt. Spumam parciorem cum vapore calido emittunt, non ita jactantur, claudunt quidem, non tamen tam arctè pollices. Poſt Paroxyſmum dormiunt parum, non ſudant, nec horrent, nec ſitiunt.

2. *Saturnina* complexio habet Paroxyſmos vehementes, diu durantes & tarde remittentes, & per longum tempus jacent, in ſuffocationis metu. Spumam è naribus & ore ejiciunt copioſam, fœtentem valde, jactitantur, os, manus, pedes arctè claudunt, poſt Paroxyſmum veterno corripiuntur longo, poſtea ſiti, horrore, loquela depravata.

3. *Martialis* complexionis Paroxyſmi ſunt graves, celeres, invaſione & receſſione, ſpumam acidam, quandoque ſanguinem emittunt, vehementer manus & pedes cum miris geſtibus agitant. Sudor calidus graveolens erumpit; curſitant, clamant, poſt Paroxyſmum ſomno corripiuntur profundo, brevi tamen & vox ipſis non deficit.

Solares Paroxyſmi graviores ſunt internè quam externè, ſunt etiam celeres. facies tumet, rubet; jacent quieti. ſpumam ſiccam & quaſi

paucam extrudunt, maxime calent, unde finito Paroxyſmo, poſt ſomnum conqueruntur de interno calore, capitis dolore, ariditate faucium & ſiti.

5. *Venereæ* complexionis Paroxyſmi ſunt graves & celeres in acceſſu lenti, in receſſu, alternant calor & frigus, ex ore hiante paucam ſpumam produnt, jacent modo, modo ſurgunt, ſuſurrant, poſt Paroxyſmum caput dolet, ad ſomnum inclinant admodum, ſitiunt præ calore & ſunt quaſi fatui, & multi in perpetuo ſuntmotu corporis.

6. *Mercurialis* complexionis Paroxyſmi celeres & variabiles invaſione & receſſione ſunt, ſpumam habent ſiccam, aliquando vomitum lymphæ, raro ſudorèm, inquieti ſunt, multi ſunt in continuo corporis motu de loco ad locum, poſt Paroxyſmum levis & brevis obrepit ſomnus ſibique poſtea conſtant.

7. *Lunaticæ* complexionis Paroxyſmi in accedendo & recedendo tardi ſunt, quaſi mortui jacent, facies pallet, tumet, ut & totum corpus, lympha ex ore fluit copioſa, parum ſudent (invadunt cerea Lunæ mutationes, & tempore nocturno) Paroxyſmo finito fatuitas manet cum loquelæ vitio & corporis laſſitudine.

De Jovialis complexionis cura Epilepſiæ.

PRæparantia ſimplicia repetantur ex præſcriptione in antecedente affectu *Scorbutico.*

Compoſita vero ſunt:

℞. *Florum* Jovialium *ſignaturam Capitis prabentes*
Paonia alba.
Arantiarum
Viſci Corylini ãã. ℈ß.
Imbibentis unguium hominis raſura ℈ß.
Dentis Apri ℈ij. *Sacchari Jovis* *gr. v.*
Extract. ab ſucco recente inſpiſſato florum arantia.
Dulcificantis ſpiritus acris ex ſale volatili.
Cornu Tauri ſublimata calx viva.
Herba Betonica q. ſufficit.

Miſce, erit Pillularum maſſa, formentur in Pillulas ad piſi magnitudinem, quarum 2. exhibeantur mane jejuno ſtomacho per 6 dies cum aq. deſtillat. flor. Nigellæ q. ſ.

℞. *Imbibentis terra duriſſima calcei ſaporis tertia claſſis.*
Lapidis Aquila.
Terra figulina uſta ãã. ʒiß.
Deſtruentis ſalis purè ſalſi ſive lixivialis herba Jovialis ʒj.
Vel ſalis petra calcinata.

Dulcificantis *Chelidonia, Typhorum & ungularum alcis in* MB. *exſiccata & pulveriſata ãã.* ʒj. ℈j.

Miſ. fit pulvis ſubtiliſſimus pro doſi ʒß. vel ℈ij. veſperi hora ante cænam detur cum ſucco depurato expreſſo recentiori herbæ Anagallidis, ſive flor. Vetonicæ, quantum vis vel ℥j. itidem per 6 dies.

Evacuantia univerſalia.

Per *Superiora* ſeptimo die detur vomitorium.

℞. *Tartari Emetici à Mynſichtio gr.* 3. *vel q. cum aqua deſtill. Borraginis vel Bugloſſæ* ℥iv.
Sacchari Cinnamomi gr ij.
*M*iſce. ſumatur mane ſtomacho jejuno, poſt quodlibet vomitorium ſuperbibendo aq. tepidæ, vel cereviſiæ butyratæ hauſtam, pro vehiculo ulteriori.

Per *inferiora*, nono die exonerentur inteſtina.

℞. *Antimonii ſulphuris purgant. gr.* viij.
Vitrioli laxativi Cyprii per præcipit. gr. j.
Gum. gutta Roſata à Mynſicht. gr. ij.
Miſ. cum extracto rad. graminis q. ſ. vel ℈ß. formentur Pillulæ nrro. 3. quæ mane cum vino frigide aſſumantur.

Per *Sudorem* undecimo die glandulas totius corporis evacuentur ſequenti ſudorifero.

℞. *Bezoartici* Jovialis *gr.* iij.
Olei fœtidi Coryllini rectificati ℈ß.
Fellis anguillæ exſiccat. gr. vj.
Spiritus ſalis cornu cervi à ſaccharo Jovis *ſublimati gut.* v.
Roob ſambuci baccar. ℈jß.
Olei citri gut. iij.
Miſ. diſſolve in aq. flor. lilior. convallium.
Arantiar ãã. ℥iij.
Fiat ſudoriferum pro horis duabus.

Per *Balſamum nervorum.* Statim poſt ſudoriferum ſequente Balſamo muſculorum & nervorum lympham vitiatam reſolvente & per poros educente ungatur ſpina dorſi.

℞. *Olei deſtillat. Caryophyllorum* ʒj.
Roriſmarini ʒij.
Succini ℥j.
Maſtichis ʒij.
Aceti Oleoſi ſive Olei vitrioli non rectificati ʒj.

Miſc. & ex Retorta parva vitrea rectificetur per arenam hujus Oleo ſeparato à vitriolo.

Adde.

Olei expreſſi juglandium ℥jß.
Olei cocti Euphorbii ℥jß.
Maſtichis ℥j.
Lumbricorum ℥ij.
Axungia Caſtorii ʒij.
Spiritus Salis Armoniaci ʒiij.
Spiritus Vini Camphorata ℥j.

Miſ. & in Phiola circulentur per diem & noctem, poſtea exime pro inunctione ſubtiliſſima ſpinæ dorſi. Poſt unctionem ſtatim applicetur unguentum de ſmegmate Hiſpanico in ſpiritu juniperato ſoluta quod ſuper veſicam extenditur ſuillam & adhuc calide ponatur ſuper inunctam ſpinam dorſi, quod ſtatim balſami prædicti ingredientia in actum efferveſcentem deducit, & poros aperit, ad corrigendum ſaporem peccantem & educendum flatus incluſos cauſantes nervorum convulſiones *Epilepſia.*

Præterea iſto tempore durante per dies 8. vel 10 tincturæ Veneris vel Lunæ rite præparatæ pro ægri natura gut. v. vel vj. mane & veſperi exhiberi poſſunt.

Evacuatio particularis per Maſticatorium.

Cæterùm per curæ totum tempus oris quoque glandulæ repurgandæ ſunt.

℞. *Ra-*

℞. *Radix Pyrethri Romani* ℥jſs.
Hellebori albi ℈j.
Folior. Betonicæ ℈ij. *Caryophyllorum* ℈ij.
Gum. Maſticis
—— *de Peru* ā ā. ℈j.
Sem. ſtaphis agriæ ʒj.
Vitrioli Cyprii *gr.* xv.

Groſſo mbdo omnia pulveriſantur & cum Terebinthinæ Cypriæ, quantum ſufficit, fit maſſa Pillularum ex qua formentur Pillulæ Fabæ magnitudinis, quarum una inter dentes tamdiu teneatur, donec nullam amplius eliciat ſalivam, idque commode fieri poteſt, quolibet mane prædictorum dierum, excepto eo quo vomitorium, ſudoriferum & purgans exhibitum fuit.

NB. vel

Miſce Terebinthinæ ſpecies prædictæ cum additione ſalviæ P.iij. Nicotianæ P.ij. Cort. Ligni Sancti ℔ſs. Cinnamomi ʒij. in lacte vaccino decoqui poſſunt, ad ebullitionem & cum colatura os collui.

Per *Sternutatorium*: ſingulis hiſce diebus bis terve ventriculi cerebri per nares purgandi ſequenti *Sternutatorio*:

℞. *Flor lilior. convall.* ʒjſs.
Flor. lavendulæ ℈j.
Herb. betonicæ ℈ij.
Rad. hellebori albi ℈j.
—— *Betæ albæ* *gr. gr.* xvj.
Gum maſticis in granis ℈ſs.
Vitrioli Romani ℈j.
Salis cranii ſive cornu alcis volat. *gr.* xij.
Olei roriſmarini, Citri
—— *Majoranæ* ā ā. *gut.* iij.

Miſ. erit pulvis Sternutatorius.

Corro-

Corroborantia poſt ſufficientem ventriculorum corporis Evacuationem, corroborantia & fermenta naturalia reſtaurantia præbenda quæ ex ſequentibus Morbo & parti complexionis hujus appropriatis peti poſſnnt: ſimplicia talia ſunt *Jovialia* amara.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herba *Arantiarum Cort.*	Herba *Abrotani.*
Betonica.	*Botrys.*
Cardui Benedict.	*Centaurii minoris.*
Diphtami Cretici.	*Doronica rad.*
Epithymi.	*Eupatorium Meſuæ.*
Filipendulæ.	*Fumariæ.*
Gentianellæ.	*Galega.*
Hyſſopi.	*Hederæ terreſtris.*
Jaſmini flor.	*Ireos noſtr. rad.*
Lilior. conval. flor.	*Lavendulæ flor.*
Majorana.	*Meliſſa.*
Nigeli ſem.	*Nucis moſchat.*
Ocymi ſylv.	*Origani.*
Pæoniæ ſem. & rad. Maris.	*Pæon. ſ. & rad. fœminæ ſive Pulegii.*
Roriſmarini aurei.	*Roriſmarini argentei.*
Serpilli.	*Stœchad. Arab.*
Tamariſci Mar.	*Tamariſ. Fœm. ſive tragorigani.*
Vetonica flos.	*Valerianæ rad.*
Zingibris.	*Zedoaria.*

Com-

Compoſita ex iis Jovialibus ſignaturam capitis præbentibus ſimplicibus.

Pro Mare.

℞. *Salis Eſſentificatæ Gentianellæ* ℥jß.
Extractum Zingibris
Epithymi āā. ʒj.
Eſſentia ireos noſtratis ℥j.
Spiritus Betonicæ flor.
Seminis Ocymi ſylveſt. āā. ʒij.
Olei majoranæ gut. vj.
Ocym. ſem. ſylv. gut. vij.
Salis volatilis. dentis Elephant. ℈j.
Tinctur. Corallor. per Salarmoniacum Philoſophicum ſcilicet Lunam volatilem ſublimatam ℈j.

Pro Fœmina.

℞. *Salis Eſſent. Tamariſci* ℈℥iß.
Extractum rad. Doronicæ
Herbæ Galegæ āā. ʒj.
Eſſentiæ Zedoariæ rad. ℥j.
Spiritus meliſſæ.
Fumariæ āā. ʒij.
Olei nucis moſchat.
Origani āā. gut. vij.
Salis volatilis ungular. alcis ℈j.
Tincturæ ſuccini per tartari tincturam præparatæ. ℈ij.

Miſ. ſ. artem circulentur in phiola in arena per diem & noctem; poſtea mixtura ſervetur pro uſu doſis ʒj. in aqua q. ſ. in aq. Botrys q. ſ. Cardui Benedicti q. ſ. mane & veſperi.

Poſt ventriculi per præcedentia correctionem ſaporis peccantis cerebri quoque ventriculi ſunt confortandi & eorum naturalia fermenta ad reſtituendum ſcilicet per nares.

Pro Mare.

℞. *Spiritus flor. Jaſmini*
—— Lilior. conval. āā ℥ß.
Eſſent. Diphtami Cretici
Rad. Pæoniæ Maris āā ʒß.
Olei roriſmarini gut. iij.
Extract. flor. vetonicæ ℈ij.

Pro Fœmina.

℞. *Spiritus lavendulæ*
Roriſmarini
Eſſent. rad. Valerianæ
Stœchad. Arab. āā. ʒß.
Olei Pulegii. gutt. iij.
Extr. Eupatorii Meſuæ ℈ij.

Servetur, poſt mixturam erit ſpirituoſa compoſitio naribus attrahendo mane & veſperi.

Ex-

Digitized by Google

Digitized by Google



VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Externe.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
℞. *Olei deſtillat. Caryophyll.* ℈jß.	℞. *Olei deſtillat. meliſſæ* ʒß.
Nigellæ ℈j.	*Olei deſtillat. meliſſæ* ʒß.
Olei expreſſ. ſem. Paoniæ	*Citri* ℈j.
Olei cocti lumbricor. ãã. ℥j.	*Olei expreſſi maris.*
Extract. Herbæ Filipendulæ per ſpiritum vini ʒiij.	*Ol. cocti ſcorpionum* ãã. ʒj.
Salis volatilis cranei cervi ℈j.	*Extract. hederæ terreſt. cum ſpiritu vini* ʒiij.
Balſam. Indici nigri ʒj.	*Salis volatilis cranei hominis* ℈j.
Succi expreſſ. tamariſci Hyſſopi ãã. ʒiij.	*Balſam. Indici albi* ʒj.
Miſ. erit Balſamus.	*Succi expreſſ. Abrotani Tamariſci Fœm.* ãã. ʒiij.
	Miſ. eſt Balſ.

Quo cervix tempora, Corona Capitis ſpina Dorſi & Carpi inungantur.

De Saturninæ Complexionis externa Phyſiognomia.

SAturninæ Complexionis Corporis ſtatura eſt groſſa, magna, gravis, quædam tamen peculiares Corporis partes in proportione diſcordant, ſiquidem hujus

Facies eſt aliquantum magna, lata, oblonga, verſus interiora tamen aliquantum acuta, præterea tota macra ut *Circe* ſicca carne ac corrugata mortuo ſimili cereo-pallida, livida, flava cute, cum ſubeunte ſaturata prunea obſcura rubedine, ut & cum admixtis velut combuſtis crinibus nigris.

Malæ ſunt oblongæ, macræ, corrugatæ & in medio profunde excavatæ.

Frons

Frons eſt lata, & elata, groſſis latis profunde inciſis tortuoſis lineamentis plena, conſpicua præ primis eſt linea *Saturnina.*

Vertex eſt oblonge rotundus & *Capilli* ſe habent, ac ſi in multis locis diffluxiſſent, ſunt nigri præ madore & pinguedine ſplendentes, ſicuti ſub camino fuligo ſolet, & ſunt longi, & dependent perpendiculariter, verſus extrema tamen groſſi, criſpi.

Tempora ſunt oblonga anguſtè & profunde collapſa & ante dictis crinibus tecta.

Oculi prorſus obſcuri, magni, aridi & profundi in capite, unus altero major & in alterutro ut plurimum macula, pellicula aut perlæ in medio cum nigris magnis pupillis.

Palpebræ ſunt ſpiſſæ, ponderoſæ & carnoſæ, laxæ, dependentes verſus angulos ſacculorum inſtar craſſæ corrugatæ, cum crinibus groſſis, longis nigris.

Supercilia ſunt magna, longa & crinibus nigris arctè ad naſi radicem concurrentia ſuper alte elata oſſa.

Naſus eſt magnus, macer, acutus, attamen cum lata-plana, alte elata protuberantia in medio & utrinque cum amplis cavis protuberantibus naribus.

Os eſt grande, amplum & longum cum labio ſuperiori anguſtè contracto, acuto & magno & in medio fiſſo cum pendulo, rotundo curioſo labio inferiori labiumque ſuperius majus. *Den-*

Dentes ſuperiores ſunt lati, longi & magni, inferiores curti, acuti, corroſi, prorſus inæqualem ſitum obtinent, & longe ab altero unus diſtat, ſunt cereo-flavi, radices inſtar florum fabarum, nigri in putridis & à Scorbuto corroſis, putrefactis, fœtidis & pallidis gingivis.

Mentum eſt acuminatum, elatum & verſus inferiora aliquantum latum, utrimque protuberans, per groſſam in medio fiſſuram, aut in groſſam, oblongam & latam diviſa cavitatem cum craſſa & lata barba, ex ejuſmodi, ut antè dictum, pilis facta.

Aures, grandes, graves, groſſæ, cartilaginoſæ & craſſæ, longè à capite velut aſininæ Aures micantes & propendentes.

Collum eſt macrum, longum, & verſus anteriora incurvatum cum ſpiſſis, robuſtis & protuberantibus muſculis, tendinibus, arteriis, venis quaſi varicoſis.

Humeri ſunt magni, groſſi, lati, carne gravi plus quam reliquæ partes corporis elati, & quia ſæpiſſimè dorſi ſpinæ incurvatio accedit, incurvati aliquantum incedunt.

Pectus eſt magnum, attamen anguſtum, robuſtum cum coſtis & ſpiſſis, & latis, carne macris & aridis, nigris & cutis urſinæ inſtar aſperum, à crinibus longis, nigricantibus, duris, intricatis ſub axillas uſque & verſus dorſum tegitur.

Brachia ſunt robuſta oſſibus, longa, groſſa & gravia & paulum incurvata, cum groſſis & magnis muſculis.

Pedes arteriis & protuberantibus quaſi varicoſis venis pleni, & eorum eſt dura & fœtens cutis digitique ſupra & infra callis ſive clavis perforati ſunt.

De Saturninæ Complexionis harmonia internorum animi pathematum cum ſignaturis externis.

HÆc complexio in genere eſt in omnibus ſuis actionibus, ſecundum actiones externorum corporis organorum, & ſecundum animi paſſiones amoris & iræ admodum pigra; taciturna, tarda, pauciloqua, gravis & tremula, contumax, melancholica, inſomniis dedita, ſollicita & meticuloſa; & quanquam perpauca quærit, attamen ſimul eſt impudens contentioſaque.

Et quia ſemper longævam ſibi imaginatur vitam, ſemper ſe angens curis auget gravibus, magnis & non neceſſariis, operans longe vivendi remediis, & nunquam quietè vivit quam in exercitiis inſatiabilis avaritiæ, nil curans, etiamſi alterum defraudet multum; & quia ex ſuo ingenio alios ſibi ſimiles putat & judicat, ipſius miniſtri & qui cum ipſis converſantur ſunt infelices. Quia ex omnibus ho-

horum actionibus ingentem diffidentiam & ſuſpicionem capit, neminique ſecundum ſua merita ac officia ſatisfacit, neque ſemper ſe ſolum aliis prudentiorem & ſapientiorem in ſuis actionibus eſſe ſibi perſuadet, ſed & longe aptiorem de occultis ingenium exercentibus & inexcogitabilibus, ſpiritualibus & naturalibus rebus diſſerere, earumque fundamenta, principia & fines perſcrutari, idque magna facit cum impudentia, licet coram aliorum hominum judicio rationem nullam ſermonum habeat, nedum proportionem; neque ex meliori informatione, aut demonſtratione ſuæ abſurditatis facies ipſius pudore ſuffunditur, aut erubeſcit, ſed pertinaciter hæret in ſua ſententia pronunciata, quantumvis invincibili veritati velut ipſo *Saturno* ligneis incedendum grallis eſſet.

Singularem in Senatus officio quærit ambitionem, ubi occaſionem invenit contradicendi & ſub benè agendi ſpecie res ad malum & noxium deducit finem, ubique ſolùm ſuo commodo ſtudet, aliis contrà multum moleſtiæ & laboris parit; & quia in omnibus ſuis actionibus admodum ſuperbit & de aliis minus bene ſentit, ſæpius ipſi ante ſperatum tempus tum exiguus honor, tum quam longævam ſibi promiſit, titubans vita quaſi per *Saturni* falcem demetitur.

Ipſius odioſa natura & indoles admodum

eſt contagioſa iis qui ejus utuntur conſortio ut aliorum odium ſibi colligant. Nam non ſolum eſt taciturna ſed & pauciloqua, & plurimæ quæſtiones & reſponſiones utplurimum ab ipſo & ad ipſum fiunt, voce forti perinde ac ſi duo in utramque partem diſputarent & maximè ubi ſecundum ſui animi inclinationem ſe in loco putat eſſe ſolitario, neque Deum neque Regem, Principem, Eccleſiam, Rempublicam neque homines timet, ſubditos adverſus Magiſtratum excitat, contemnit Regiminis auctoritatem à Deo ſtatutam, & prudentia conſilia ſalutareſque ad meliora exhortationes ſpernit, neque malo operari deſinit uſque dum digna ſuis operibus præmia reportet. Ingens ipſius pietas in bono conſortio ex inſulſis, ruſticis, inutilibus, malis diſcurſibus & converſationibus videri aut audiri poteſt. Nam à ſemel inceptis male agendorum non libenter deſiſtit. Quia magna nebulonum patrona & promotrix ſimilis ejuſmodi hominum & facinorum quærit & audit: frequentiſſima ipſius converſatio eſt cum vilis ſortis hominibus, ut pigris operariis, veſpillonibus, coprophoris, carbonariis, ligni fiſſoribus, ſylvæ cuſtodibus, ſiquidem nullum tam turpe exiſtit facinus, quod non hicce *Caini* ſignifer & vindictæ cupidus nebulo audacter, cum aliis aut ſolus patrare præſumat & ſuſcipiat. Quid? quod trucidare, ſpoliare, regiones delere & domos

mos comburere, Themata & homines perdere,, quin optimos quoque proprios conſanguineos prodere non vereatur. Et in genere maxima ipſius ſcientia, ars, opificiumque in quibus ipſius cognitio & ratio quieſcit, eſt in rebus quæ magis viſibiles, quam ſeriò conſiderabiles ſunt; imo quæ infrugiferæ & abominabiles ſunt, qualia ſunt exercitium aruſpicinæ, ſignorum expoſitiones & interpretationes ſomniorum, incantationes beſtiarum hominumque, perditionis conjurationes & per impium Verbi Divini abuſum & Sacrorum Sacramentorum ſanationes & benedictiones: Et optima talium miſanthroporum opera ſunt, propter avaritiam auri & argenti libenter in aurifodinis, agricultura, in arborum implantatione & inſitione ſolitariè degere; & licet aliis quoque rebus multis operam navet, attamen ipſius natura deſtituitur aptitudine agendi: habitationes ipſius ordinariæ ut plurimum ſunt in locis aſpernabilibus, ut in valde aquoſis, paludoſis, tenebricoſis & ſylvis, montibus, vallibus ubi noctua cantans, upupa clamans, ranæ coaxantes ſunt ipſius philomelæ, aut interdiu cuculus aut turtur ſunt ipſius carduelis & acanthis, & quicquid in hoc vivendi genere in longam memoriam perpetrare poteſt perpetrat. Nam ad alia admodum ſubtilia opificia & artes inſtar aſini tarda eſt, pigra aut inepta, cum aliis de palma certandi, & cum illis
 opi-

opibus, quas in paupertate cum ſollicitudine, & labore per nefas lucrata eſt, in paupertate moritur, ſiquidem ipſius anima abſque ſolatio pergit in locum fixum.

Nigræ, pannoſæ, laceratæ, maleque olentes veſtes ſunt ipſius mundities & ornamentum.

De Saturninæ Complexionis harmonicâ animi interni cum viribus naturalibus Corporis conſtitutione.

HUjus Complexionis vires ſecundum propriæ ſuæ ſpeciei requiſitum partium Corporis calorem in ſua vegetatione vitaliter & mobiliter nutriuntur per ſimilis naturæ fermentum quod ſecundum diverſitatem ventriculorum in partibus diſtingui debet. Nam fermentum ventriculi aliter ſe habet quam id quod eſt in inteſtinis, in ductibus Chylificis quàm in arteriis, in hepate quam in corde, in pulmonibus, quam in capite, &c. prout ſaltem ſubtilius aut craſſius eſt aut alio modo variat.

Juventus hujus Complexionis.

Quoad hujus autem Complexionis juventutem & ſenectutem ſolum hæc reperitur mutatio. *In Juventute* fermentum eſt duri, aſperi, fœtidi & admodum ingrati, acris, amari, acidi, & ſalivam moventis ſaporis tanquam tertium

prove-

proveniens ex duobus aliis beneficio tertii in quo ipſius ſolutio & rurſus coagulatio & maturatio ſaporis fit. Nam omnis ſapor acerbus aut *Vitriolaticus* conſtat

ex in { *Salis* acidi immaturi ſive crudi fixi *P.* 3.
Sulphuris amari indigeſti volatilis *P.* 2.
Mercurialis humiditatis ſubtilis ſolventis *P.* 1.

Et hic acerbus aut vitriolaticus ſapor, eſt reſolvens omnem præternaturalem viſcoſam, limoſam, mucilaginoſam & tenuem lympham ventriculorum glandularumque & talem per alvum laxat, urinam propellit, & plurimum per ſalivationem & exſpuitionem oris & narium mucum coagulatam reddit fluidum.

In Senectute.

In Senectute hujus fermentum eſt exſiccantis valde conſtringentis, ingrati, tenacis, urinoſi & dulce-acidi oſque exſiccantis ſaporis tanquam tertium proveniens ex duobus aliis in tertio quodam quod ex ſuæ mixturæ ſolutione, coagulatione, & maturatione obtinet. Nam omnis ſapor auſterus & aluminoſus conſtat

ex in { *Salis* acidi maturi fixi *P.* 1.
Sulphuris amari dulcis fixioris *P.* 1.
Mercurialis humiditatis ſubtilis ſolventis *P.* 3.

Et quia primum acerbum ventriculi & inteſtinorum fermentum eſt, quod porrò in ventriculis, ductibus Chiliſicis, glandulis, arteriis, &c. utplurimum eſt craſsè aquoſum facileque corruptibile, quam ob cauſam multum etiam ſalivant, mucum excernunt, ſudant, mingunt & dejiciunt.

Secundum verò fermentum auſterum multum huic adverſatur, ſiquidem adhuc longe tardiorem aſſumtis cibis infert ſolutionem atque ſeparationem ſucci nutritii qui in ventriculis prædictarum partium requiritur, ut omnis auſterus & aluminoſus ſapor plurimum eſt limoſus, tenax, indigeſtibilis, coagulans, incraſſans, exſiccans, indurans, omnium ventriculorum, nervorum, muſculorum & juncturarum lympham, inde etiam vulnerum labia contrahens, conſolidans fluxum ſanguinis narium, menſium, hæmorrhoidum ſiſtens, & vulnerum vaſorumque orificia conſtringens, incraſſans ut plurimum limoſus eſt, tenax, indigeſtibilis; ſiquidem coagulat & indurat omnem lympham, quia ſapor adeſt aluminoſus; eapropter non in tantum ſudant, exſpuunt, mucum excernunt narium, aut mejunt in ſenectute, ſuntque complexionis aſperæ, duræ & ſiccæ.

Et hæc eſt ratio, quod *Saturninæ* complexionis *Natura* in ſua tum Juventute tum Senectute frigida, horrida, tremula ſit, quæratque ſudo-

ſudores aſſiſtentium apud ignem, aut in loco calido. Laboris & magis adhuc morbi *Sudor* eſt admodum ingrati odoris, ſuperans omnes allia devorantes Judæos Tartaroſque, quod ingratè fœtens *Sanguis*, halitus & os confirmat. Sanguis in venis & arteriis eſt tenuiter viſcoſus, aquoſus & atro-flavus, ut & glandularum.

Lympha nutriens & humectans partes nervoſas, muſculoſas, membranoſas & cartilaginoſas. Attamen in Senectute multo tenacior, limoſior, craſſior & ſpiſſior & magis adhuc nigricat.

Et quia dictæ fermentationes admodum tardæ & difficiles ſunt, inde eſt, quod ex ſimili fermentativo motu ſimilis generetur calor qui hujus complexionis vegetantibus viribus naturæ ſimilem largitur nutritionem, ut ſic omnes externæ partes in ſua accretione & quem oportet fieri motum ſecundum ſpeciem prædicti melancholici dirigentis ſpiritus etjam ſic tarde in ſuis ordinariis mobilibus actionibus conſervetur.

De Saturninæ Complexionis harmonia morborum & accidentium in, & externorum. Corporis cum viribus naturalibus.

SImiliter hic, velut apud *Jovem*, modo tamen fortiori & vehementiori fermentum corrumpi poteſt qui conſulatur. Quomodo-

cunque vero in quocunque ventriculo aut corporis parte oriatur morbus; attamen certum eſt, quod in genere hujus complexionis morbi & accidentia ingentia, chronica, gravia & tardè admodum curabilia ſint, item quod ille ingratus, horribilis, inficiens, venenoſus, acidus, urinoſus ovo putido, aut carni putrefactæ ſimilis fœtor comitetur: quod obnoxia ſit ſemper gravibus ſudatoriis febribus chroniciſque, magnis tremoribus, variarum corporis partium convulſionibus, cordis palpitationibus, deliriis & inextinguibili ſiti, præſertim circiter veſperam & mediam noctem exacerbationibus Paroxyſmorum, tum eveniunt cum gravibus phantaſiis, vigiliæ, difficilia inſomnia, terrores, cum horribili gemitu, anxietate, inconſiderato clamore, fero circumcirca obluta ac ſi in igne, aqua aut profundis foſſis jacerent, aut in fugam conjicerentur aut conſimile quid in aliis perpetrarent. Porro ſi fermenti acida pars ſalſa effervеſcit, mediante Mercuriali humiditate, flatus inde producti generant in ventriculo magnas expreſſiones, ut ſupra dictum, cum vehementibus fœtentibuſque ructibus in inteſtinis ſecantes vehementes colicas cum multis cadaver fœtore putridum æmulantibus flatibus, &c. Cætera vide apud *Jovem* ſecundum Partium & ventriculorum diverſitatem, &c. variantia.

De

De Scorbuto Complexionis Saturninæ.

EStque ſecundum harmoniam hic affectus in *Saturnina* complexione non ſolum gravis duruſque in ſuo effectu, ſed ut valde tardus eſt in invaſione, ita lentus eſt in ſuo diſceſſu per media & remedia, ſemperque comitem ſortitur craſſum, gravem, ingratum; acidiſſimum perpetuum fœtorem largi debilitantis, delaſſantis, ſemperque fumantis, & vaporoſi ſudoris pœnè in omnibus morbis.

Id teſtantur reſtitutionis *Saturninæ* Complexionis remedia vegetabilia, quæ non ſolum ſunt palato ingrati, auſteri, aut acerbi ſaporis & ardentis, inamœna quoad formam & colorem aſpectû, duri craſſique attactu ſtrepentis auditus cum motu foliorum à ventis agitatorum, & pedunculorum ſe mutuò tangentium, ſed in harmonico ſuæ correctionis effectu ſunt dura vehementerque debilitantia, tardéque reſtituentia.

Ut autem hujus *Saturninæ* complexionis fermentum jam peccans acerbum vel auſterum, vel ut id offeram vitriolaticum in priſtinam reducuntur naturam ut in ſuis ventriculis priſtinum ſaporis & odoris nutrimentum & ſuſtentantem edat effectum oportet corrigi. Quomodo ſe habeat Scorbutus in *Saturninis*, diximus in Complexione *Joviali*; nunc ejus curam poſtmittamus reſpectu duplicis ſui ferfermenti.

Cor-

Correctio hujus Complexionis Saturninæ peccantis ſaporis auſteri aluminoſi.

PEccantis vi ſua adſtringente, conſtringente, incraſſante, inſpiſſante, coagulante, exſiccante, ſuffocante, & ſtupefaciente narcotica, ut ex prioribus videri poteſt.

Fit per

Mercurialia aquoſa humectantia,. diſſolventia, liquefacientia, rarefacientia, abluentia, diluentia, & refrigerantia per conſequentiam.

Aut per

Salina nempe *Salia* pure *Salſa* ſeu *Lixivioſa* fixa, propter ſuam vim attrahentem, imbibentem, reſolventem, expellentem, præcipitantem.

Aut per

Sulphurea fixa inſipida ſive *Calcei* ſaporis indurata, coagulata, lapidefacta cruda ſive cum aut ſine igne calcinata, propter ſuam vim attrahentem, abſorbentem, imbibentem, inſpiſſantem omnes humiditates, limoſitates, viſcoſitates, pinguedines, oleoſitates & omnes ſapores ſine differentia. Ut videri poteſt apud *Jovem*, qualia ſunt imbibentia, deſtruentia, dulcificantia &c. & de eorum modo parandi & contra cauſas morbiferas agendi, conſule *Jovem* de evacuantibus & fermentum inſtituentibus & confortanti-

tantibus ad promovendam in priſtinum ſtatum ſanitatem amiſſam complexionis *Saturninæ* per ſimplicia & ſimpliciſſima medicamenta.

Id ſolum obſervetur, quod etiam fortiora & magis fœtentia medicamenta pro *Saturnina* Complexione eligenda ſint ſimplicia.

Correctorio autem

Peccantis ſaporis *Acerbi Vitriolatici* vi ſua corrodente, vellicante, mortificante, deſtruente, diſſolvente, reſolvente, relaxante, calefaciente, tumefaciente, conſumente, dolorifica & obtundente.

Fit per

Mercurialia viſcoſa, mucilaginoſa, pinguia, oleoſa, gummoſa, illinentia, mitigantia, molle & flexile facientia, lubricantia, lenientia, conſolidantia, incarnantia & defenſiva contra omnis generis acrimoniam.

Aut per

Sulphurea Oleoſa mitiora expreſſa, vel *Reſinoſa* in aqua liquefacta ſive *Sulphurea* fluida, ſive fixata per artem ejuſdem effertur.

Aut per

Salia inſipida *Calcei Saporis*, ſive *Sulphurea* fixa indurata ex natura ſive per artem. Vide Correctorium Saporis Auſteri, Aluminoſi, &c.

De

De Compoſitis Scorbuti Complexionis Saturninæ Præparantibus.

℞. IMbibentis *Lapidis Aëtitis Tertiæ Claſſ. præparat.*
Corollarum nigrorum præparat, ſive
——— *Alborum an.* ʒj.
Raſuræ Chalybis crudæ ſubtilis ℈iiij.
Miſce. divid. in 8. partes æquas mane & veſperi ante cœnam cum vino Hiſpanico q.ſ.

Vel

℞. Deſtruentis *Salis Tartari purè ſalſi fixi* ʒijß.
Sulphuris Antimonii ℈j.
Miſ. divid. in 8. partes æqual. ut antea.

Vel

℞. Dulcificantis *Spiritus Salis acris cornu alcis deſtill. à calce viva* ʒj. ℈j.
Olei ſuccini nigri fœtidi & inſpiſſ. gut. xij.
Olei deſtillat. menthæ criſp. gut. vj.
Miſ. divid. in 8 partes æquas, ut antea.

Vel

℞. Mitigantis *Sulphuris Anodyni ſacchari Saturni* ℈j.
Succi papaveris errat. inſpiſſat. gr. vj.
Pulv. rad. lapathi acuti ʒj.
Olei deſtill. leviſtici gut. vj.
Miſ. divid. in 8 partes æquales, ut antea.

Vel

℞. Diluentis *ſucci ex priſci herbæ ſanguinariæ* ℥xvj.
Julapii rubæ idæi ℥ij.
Syrupi Myrtillorum ℥j.
Miſ. divid. in 8. partes æqual. ut antea.

Vel

Temperantis *fervorem, ſive* Oblinentis *ſem. pſyllii mucilaginis cum aq. flor. ſambuci extracti q. ſ.* ℥iv.
Aq. deſtillat. juglandium ℥xvj.
Syrupi Althea ℥. ß.
Miſ. divid. in 8 part. æqual. ut antea.

Vel

Vel in loco hujus

Olei raparum recent. expreſ. ℥ij.
Syrupi paperis errat. ʒij.
Miſ. pro unica doſi quant. ſ.

Vel

Si accidentaliter verò pars Sulphurea peccat, ut ſæpius fit,
Præcipitantis *aceti vitrioli* ʒij.
Syrupi ribeſiorum ℥. ß.
Aqua diſtillat acetoſa ſylvat. ℥xvj.
Miſ. divid. in 8 part. æq. ut antea.

Horum præparantium aliquod detur ter quotidie per dies 6. 7. 8. &c. mane & veſperi.

Nunc agitur de evacuantibus per ſuperevacuantia.

Quæ hic obſervanda ſunt, lege apud *Jovem*.

℞. Gillæ Theophraſti *quant. ſufficit.*
Notetur uſus, ut antea dictum.

Vel

Aceti ſquillitici *quant. ſuff.*

Vel

Aſari folior. *Succi expreſſ. quant. ſuff.*

Poſtero die præparans mane & veſperi reiteretur, ſi neceſſarium adhibeatur purgans per inferiora: convenientiſſimum autem erit huic Complexioni *Saturninæ*

℞. Gummi guttæ *crud.* *q. ſ.*

Vel

℞. Extract. *gum. guttæ roſatæ cum Diagridio q. ſ. fiant Pillulæ.*

Sequenti die adhibeatur ſudoriferum conveniens glandularum purgans per cutim.

℞. Aluminis *tincti cum ſanguine Draconis florum ſulphuris* ℈ß.
Aq. deſtillatæ bardanæ ℥vij. Miſ.
Procede ut moris eſt.

Sequenti die adhibeantur Diuretica ſive urinas propellentia;

Balſami Sulphuris *aniſati* ℈j.

Imbibitur cum pulveriſato ſemin. Bardanæ cum aq. deſtillata flor. prunorum ſylv. eſt ℈j. ℥vj.

Aceti ligni Quercini per retort. ℈j.

Uſus mane & veſperi.

Venæ ſectio vix locum habet, aut ſaltem rariſſimè.

Poſteà adhibeantur ventriculorum confortantia & eorum fermentum promoventia naturale, ut & inteſtinorum pancreatis glandularum, quæ ex vegetabilibus ſequentibus *Saturninis* anti-Scorbuticis petenda ſunt, quæ præſertim habent ſignaturam, aut partis aut morbi aut humoris peccantis, &c.

Herbæ Saturninæ antiſcorbuticæ.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herba *Allii.*	Herba *Aneti.*
Botrys.	*Baſiliconis.*
Cochlëariæ.	*Cherefolii.*
Dauci.	*Dauci Cretici.*
Eryſimi.	*Epimedii.*
Fœniculi.	*Fœniculi porcini.*
Gentianæ ſylv.	*Gentianæ minor.*
Herminii	*Horminii ſylveſt.*
Juniperi.	*Imperatorii.*
Lappati major.	*Leviſtici.*
Menthæ criſp.	*Meu rad.*
Naſturtii.	*Nepetæ.*
Oſelini.	*Ocym.*
Pani.	*Petroſelini.*
Raphani.	*Rapiſtri.*
Tanaceti.	*Salviæ.*
Urticæ.	*Tanaceti criſp.*
	Valerianæ.

Ex

Ex his & ſimilibus herbis *Saturninis* quilibet medicus expertus rationalis, ſecundum ſexus Fœminini aut Maſculini indigentiam medicamentum reſtitutum fermentum eligere poteſt herbarumque vel ſolam ſimplicem recentem aut ſiccatam aut arte in medicamentum præparatam adhibere, prout apud *Jovem* dictum eſt.

Aut tandem compoſita ſecundum ſuum beneplacitum conficere valet.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
℞. *Spiritus Cochleariæ Allii ãã q. ſ.*	℞. *Spiritus Nepetæ, Horminii ãã. q. ſ.*

Cum Sale Tartari optime calcinati vel alicujus Herbæ Saturninæ optime calcinat. fiat per circulationem in phiala in arena tinctura optima rubinata.

℞. *Hujus tincturæ* ℥j.	℞. *Hujus tincturæ* ℥j.
Olei deſtillati juniperi ℈ß.	*Olei deſtillat leviſt.* ℈j.
—— *Menthæ criſp.* ℈j	—— *Salviæ* ℈j.

Miſ. cujus mane & veſperi ſumatur ℈j.

in vino Malvatico q. ſ.	in aq. Baſiliconis q. ſ.

Vel

℞. *Extract. per aquam deſtillat. Oſelini & in MB. redacti*	℞. *Extract. per aquam deſtill. petroſelini & in MB. redact.*
—— *Radicis gentianæ*	—— *Rad. Imperatorii*
Herbæ botrys. ãã. ʒß.	—— *Rad meu. ãã.* ʒß.
Olei deſtillat. fœniculi gut. vj.	*Olei deſtillat. Anethi gut.* viij.
—— *Tanaceti gut.* viij.	—— *Chereſolii gut.* vj.

Miſ. fiunt pill. num. 18. cujus ſumantur mane & veſperi quinque pillul. cum aqu. deſtillat.

Horminii hortenſ. q. ſ.	*Cum aq. Epimedii q. ſ.*

Vel

Succi expreſſi & cum albumine ovi clarificati.

Herbæ naſturtii Aquatici	℥vj.	*Herbæ rapiſtri*	℥vj.
		Tanaceti criſp.	℥ß.
Syrupi Cinnamomi	℥j.	*Syrupi flor. vetonicæ*	℥j.

Miſce. ejuſque exhibe, mane & veſperi ℥j. per ſe vel in aqu. deſtill. Oſelini q. ſ.

Vel

℞. *Succi recent. expreſ. & inſpiſſati ad formam mellineam.*

Herbæ Urticæ Urentis	℥ij.	℞. *Petroſelini*	℥iij.
Porri	℥jß.	*Fœniculi porcini*	℥j
Eryſimi	℥jß.	*Baſiliconis*	℥ß.

Adde

Pulv. ſem. lappathi major.	*Semin. Dauci Cretici*
——— *Dauci vulgaris*	*Rad. gentianæ q. ſufficit.*
Sinapi q. ſufficit.	

Pro maſſâ pillularum doſis ℈j. vel ʒß. mane & veſperi cum vino vel aqua aliqua deſtillata conveniente.

Ejuſmodi exemplum quoque jam ſequitur de Epilepſiæ Saturninæ Complexionis curatione.

PRæparantia petenda ſunt ſimplicia ex præſcriptione antecedente in affectu *Scorbutico.*

Compoſita vero ſunt

℞. *Flor.* Saturnini *ſignaturam capitis præbentis*
Rutæ
Horminii
Viſcus quercini āā. ʒß.
Imbibentis unguium Turturum raſp. ℈ij.
Dentis Hippopotami raſpati ℈jß.
Sacchari Saturni *gr.* vj
Extractum ab ſucco recente inſpiſſato Rutha q. ſ.
Dulcificantis ſpiritus acris ex ſale volatili cranei alcis ſublimat. cum calce viva.

Miſ.

Miſ. ſ. art. fiat pillularum maſſa, fiantque pillulæ in magni piſi forma, quarum duæ exhibeantur mane jejuno ſtomacho per ſex dies cum aqua flor. prunorum ſylveſtrium.

2.

℞ *Imbibentis terrei calcei ſaporis duriſſimæ tertiæ claſſi*
Lapidis Aëtithis.
Corallorum nigror.
Sive alborum ãã. ℥jß.
Deſtruentis ſalis pure ſalſi ſive lixivialis
Herbæ Saturninæ ℥j.
Vel calcinati nitri cellar.
Dulcificantis Gelatinæ dentium urſi ungularum Apri in MB. exſiccat. & pulveriſat. ãã. ℥jß.

Miſ. fit pulvis ſubtilis pro doſi ℥ß. vel ℈ij. veſperi hora ante cænam datur cum ſucco depurato expreſſo herbæ taraxaconis q. ſ. vel ℥j. per 6 dies uſurpetur.

Evacuantia univerſalia.

Per *Superiora* ſeptimo die detur vomitorium.

℞. *Gillæ Theophraſti* q. ſ.
Cum vino Hiſpanico;
procede ut moris eſt.

Per *Inferiora* nono die exonerentur inteſtina.

℞. *Gummi guttæ crudi* q. ſ.
Adde
Aliquot grana Diagridii fiant pill.
Procede ut moris eſt.

Per *Sudorem* undecimo die glandularum totius corporis evacuatio ſequenti ſudorifico fiat.

℞. *Bezoartici Lunaris* g. iv.
Olei fœtidi viſci quercini rectificat. ℈ß.
Fellis lucii piſcis exſiccat. gr. vj.
Spiritus ſalis volatilis cornu alcis cum ſaccharo Saturni *ſublimat. gut.* 20.

Rob. baccar. ebuli. ℈j.
Olei Thym. gut. iij.
Miſ. diſſolv. in aq. florum horminii ſive flor. prunorum ſylveſt. q ſ. vel ℥iij.
Procede ut moris eſt.

Per *Balſamum* Nervorum. Statim poſt ſudoris provocationem ſequente balſamo muſculorum, & nervorum lympham vitiatam reſolvente & poros educente ungatur ſpina dorſi.

℞. *Utere Balſamo præſcripto nervorum apud* Jovem *& procede ut ibidem dixi.*

Evacuatio particularis fit

Per *Maſticatorium*, etiam vide Præparationem Medicamenti & ipſius uſum apud *Jovem.*

Per *Sternutatorium* ſingulis hiſce diebus, ut antea dicitur, procede.

℞. *Flor. Horminii*
Ruthæ āā ʒj.
Herbæ ſalviæ ℈ij.
Nicotianæ ℈j.
Rad. Betæ albæ ʒß.
Hellebori nigri ℈j.
Gum. guttæ ℈ß.
Vitrioli Cyprii gr. vij.
Salis cranii alcis volatilis ℈ß.
Olei roſmarini deſtill.
Ligni Rhodii āā. gut. vj.
Sternutatorium.
Miſ. fiat pulvis procede, ut dictum.

Corro-

Corroborantia.

Epileptica Cerebri.

Poſt ſufficientem ventriculorum evacuationem corroborantia & fermenta naturalia reſtaurantia præbenda ex ſequentibus morbo & parti complexioni huic appropriatis ſimplicibus *Saturninis*, nitroſis, amaris.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herba *Acori rad.*	Herba *Angelicæ rad.*
Baſiliconis.	*Bardanæ.*
Cannabinæ,	*Calaminthæ odor. Pulegii.*
Dauci ſylv. ſem.	*Dauci Cretici veri. ſem.*
Epimedii.	*Ebuli.*
Fraxinellæ.	*Fungi Eſculenti.*
Geranei ſylvat.	*Granei noctu odorat.*
Heliotropii.	*Horminii major.*
Jun. Odorat.	*Imperatorii rad.*
Lapathi major.	*Leviſtici ſem.*
Menthæ Saracenicæ.	*Meu rad.*
Narciſſi Autumnalis.	*Nepetæ.*
Parri.	*Papaveris flor.*
Rhabarbari.	*Ruthæ.*
Spinæ Celt.	*Salviæ ſylveſtris.*
Typhæ.	*Tapſi barbati.*
Virgæ Aureæ.	*Verbaſci.*

Ex hiſce & ſimilibus *Saturninis* plantis quilibet medicus pro libitu ſibi formulas remediorum præparare poteſt, ut dictum eſt, apud *Jovem*. Vide ibidem.

Exemplum.

Compoſita ex iis *Saturninis* ſimplicibus ſignaturam Capitis præbentibus ad corroborandum cerebri ventriculos.

Pro Mare.

℞. *Salis eſſentificat.*
Fraxinellæ ℥jſs.
Extract. Acori
Cannabinæ ãã. ʒi.
Eſſentiæ Angelicæ ℥i.
Spiritus Geranei
Sem. leviſtici ãã. ʒij.
Olei ruthæ gutt. vij.
Cinnamomi gut. vj.
Olei fœtidi dentis Apri rectif. gut. iij.

Pro Fœmina.

℞. *Salis eſſentificat. verbaſci*
Extr. Bardanæ ℥jſs.
—— *Ebuli bacc. ãã.* ʒj
Eſſentiæ Imperatorii
Spiritus menthæ criſp.
Geranei odorat. ãã. ʒij.
Olei Nepetæ gut. vij.
Cinnamomi gut. vj.
Olei fœtidi plumar. perdicis gut iij.

Miſ. ſerv. circulentur in phiala in arena per diem & noctem, poſtea mixtura ſervetur pro uſu doſis ʒj.
Mane & veſperi ante cibum cum aq. virgæ aureæ nepetæ q. ſ.

Poſt ſtomachici fermenti per præcedentia correctionem *Cerebri* quoque ventriculi confortandi & eorum innatum fermentum reſtituendum. Per Errhinum.

Pro Mare.

℞. *Spiritus Baſiliconis,*
Eſſentiæ flor. narciſſi ℥iſs.
Sem. Dauci ãã. ʒſs.
Extracti Epimedii,
Rhabarbari ãã. ℈j.
Olei Coriandri gut. iij.

Pro Fœmina.

Spiritus pulegii ℥ſs.
Eſſent. junci odorat.
Lapathi flor. ãã. ʒj.
Extracti flor. Typhæ,
Olei Calaminthæ guttæ iv.

Miſc. ſervet. pro uſu áliquid de illa ſpirituoſa mixtura naribus mane & veſperi attrahendo.

Pro

[illegible] E. III. - BIB[illegible]



M. FICINUS. ♂

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Pro Mare.		Pro Fœmina.	
℞. *Olei deſtillat. Cinnamomi*	℈j.	℞. *Olei deſtill. ſalviæ*	℈j.
Spicæ Celticæ	ʒß.	— *Ruthæ*	ʒß.

Per ſpiritum vitrioli rectificati ex retorta.

Adde.

Olei expreſ. ſem. Pæoniæ	℥j.	*Olei expreſ. moſchatæ*	℥j.
Sinapis	ʒiij.	— *Sem. naſturtii*	ʒiij.
Extract rad. meu	ʒij.	*Extract junci odorat.*	ʒij.
Salis volatilis Eboris	℈ß.	*Salis volat. ficuum Equor. ab pedibus*	℈ß.
Balſami de Peru Nigr.	ʒj.	*Balſami de Peru alb.*	ʒj.
Succi expreſ. Porri	℈ij.	*Succi expreſſi tapſi barbati flor.*	℈ij.

Camphoræ diſſolutæ in Oleis prædictis expreſſis ʒj.

Poſtea miſ. & in vitro obturato ſervetur ad uſum.

Quo Balſamo cervix, tempora, Corona, ſpina dorſi & carpi inungantur.

De Martialis Complexionis Phyſiognomia.

C*orporis* ſtatura ut plurimum eſt longa, procera, virilis, longitudo.

Facies eſt oblonga & acuta, & verſus partem inferiorem acuminata & veſtita ſimul carne macra, *Cutis* dura, ſubflava cum ſpadiceo miniato colore qui potiſſimum in latere verſus aures reperitur cum multis tenuibus, varicoſis, tortuoſis & parvis venis capillaribus.

Malæ ſunt oblongæ, anguſtæ, & in medio aliquantum collapſæ & verſus oculos aliquantillum elatæ & colore ſpadiceo, carne macra & ſicca.

Frons eſt breviter rotunda & elata aliquantillum apparet lævis, quamvis perparum; attamen magnas & profundas habet plicas, & linea *Martialis* imprimis eſt magna & profunda.

Vertex capitis ſuperius eſt acutus; verſus frontem tamen infra rurſus aliquantum rotundus.

Crines non admodum denſi ſunt, nigri, ut plurimum tamen verſus fuſcum vergentes aut intensè caſtaneum colorem in *Juventute*, dependent acutè longi, attactu duri, propendent ſuper faciem, & inferius ſunt paulatim criſpi.

Tempora ſunt aliquantum rotundè elata, paucis tecta crinibus, quos ſæpe pone aures reponunt eaque multæ parvæ intricatæ venulæ percurrunt.

Oculi ſunt valde clari, ſicci & ſecundum aſpectum propter elatam frontem profundi in capite, pupilla gaudent acuta, nigra & in loquendo aliquantum ſtant rigidi & acuti abſque timiditate, quaſi eos cœlum verſus verterent tam in ſeriis quam in jocoſis locutionibus.

Palpebræ ſunt tenues, anguſtæ, plenæ, profunde inviſis rugis, & verſus angulos inſtar marſupii contracti anterius ſe tenues, longi tamen nigricantes & acuti cohibent crines.

Supercilia ſunt anguſta & longa ex robuſtis, tenuiter tamen ſparſis nigricantibus crinibus ſupra alte elata oſſa.

Naſus

Naſus eſt elatus, acutus & anguſtus & parum incurvatus, ſupra & in lateribus interius, anterius in acumine acutus cum anguſtis oblongis naribus.

Os eſt amplum, magnum & longum quamvis labia admodum tenuia & macra, inferius tamen eſt carnoſius & in medio profundâ, acuta rima fiſſum.

Dentes ſunt parvi, longi, acuti & acuminati inſtar dentium caninorum arctè juxta ſe & in bono ordine poſiti, aliquantum flavi & bona gingiva.

Mentum aliquantum longè acutum, parum incurvatum, anterius prominet, & in medio longum, profunde impreſſum foramen, & habent acutam duris crinibus barbam, ſimilem crinibus capitis, & ſæpius aliquantum ad rubedinem vergentes.

Aures parvæ ſunt & tenues arctè accumbentes capiti, duris conſtant cantilaginibus cum cavitatibus acutis & profundè inciſis.

Collum eſt prorſus longum, macrum inferius acutâ prominentia, anteriora verſus incurvatum multis robuſtis, prominentibus muſculis, nervis & tendinibus, plenum robuſtis cæruleis venis & arteriis.

Humeri ſunt anguſti, & parvi, macri, & robuſti muſculis, & ſpina dorſi paulum incurvata & oſſibus tenuibus.

Pectus eſt admodum anguſtum, coſtis, ro-

buſtis, aliquantum tamen elatum & ſcrobiculus cordis profundè impreſſus: totum Pectus & fere ad mentum uſque eſt plenum crinibus longis.

Manus & *Pedes* carne ſunt macra, flava & dura, tenuia habent, ſed robuſta oſſa taleſque muſculos & nervos, multas elatas, anguſtas, protuberantes venas & arterias; in ambulando & ſedendo prompta admodum & diu durabilia.

De Martialis Complexionis Harmonia ſignaturarum Phyſiognomiæ externæ cum animi interni paſſionibus.

HÆc Complexio in genere eſt in omnibus ſuis actionibus, ſecundum motus externos partium corporis organicos & ſecundum internas animi paſſiones iræ aut amoris admodum ſeria, ſevera, penetrans, fervida, urgens, pergens, bellicoſa, & vindictæ cupida, facile iraſcens, audax, intrepida & propoſitum perficiens, minus obediens aut aliis ſubjecta, perſequitur hoſtes ſuos, perſeverans ad vindictæ executionem uſque igne & enſe, percutiendo, digladiando, pungendo, & omnibus duris minis impie execrando & maledicendo ad mortem uſque: in deſperatis belli actionibus egregii ſunt milites, agiles in tractandis machinis bellicis, ſtruendis propugnaculis, fodien-

diendis cuniculis ſub muris & munimentis & arcibus: ſclopetis in aëra explodendis, ignibus miſſilibus & mortariis ignivomis, tractandiſq; bombardis, & in præliari conflictu ore ridente, & ferventi ardentique, & irato animo præeunt, ut hoſti audacter obviam currant. Nam in belli actionibus ſunt furibundi, vehementer ſpumantes & velut planè delirantes ſanguinarii & indomabiles tigres, inexorabiles, non parcentes ſuorum corpori & vitæ; & niſi illicò ipſorum expediant mandata, ipſi proprium jus exſequuntur: in ſuis quoque deſideriis anxiis admodum ſtimulantur; ſi quid ipſorum commodo & ambitioni inſervit, licet ipſis in defectu virium & poteſtatis etiam mendaciis & dolis utendum eſſet: ſiquidem fas & nefas ipſis ſæpius eſt fides. Ita quoque ſunt liberales in gratitudinis ſignis, ut, ubi obſtricti ſunt, & honoris cauſa coacti manus ſiniſtra ſæpius ingens gerat bellum pro obtinendo eo quod dextra dedit, atque omne decretum magno dolo & promptitudine exſequuntur, quod plerunque obtinet ſpeciem ſuperflui juris; neque ipſos falſitatum & dolorum patefactorum quibus ſua concentrant deſideria, unquam pœnitet.

Et quanta in ira, tanta quoque in amore eſt exorbitantia, pluſque ſe præſtare promittunt quàm ipſorum vires permittunt. Cæterùm ſcientiarum liberaliumque artium patientiam requi-

requirentium nec ſunt amatores nec exercitatores, verum contra, contemtores & peccatores; neque aliter excellunt quàm in prædictis de machinis ignivomis & huc pertinentibus artibus. In Chirurgiâ ſiquidem magnâ cum audacia facilius duos pedes aut duo brachia reſecare quam unum ſanare poſſunt. Et quanquam naturâ non ſunt Juſtitiæ Patroni ſecundum præſcriptas leges; attamen ſervis admodum favent, quippe quibus actiones ſuas & vitam accommodant. Quia ipſi putant, quod quæcunque mandabunt, illi prompte exequuturi ſunt.

In ſuis actionibus & operationibus admodum ſunt attenti, ut oſtenſas ſibi ſemel res aut artes melius imitentur quam ipſorum magiſter: Sunt etiam celeres invèntores artium nullius momenti infrugiferarum & multarum nugarum excogitatores. Et quia ſæpius de ſua aut alterius actione inſolenter gloriantur, ſæpius in ſuſpicionem ſe conjiciunt alicujus violentiæ aut culpæ cujus tamen ſunt inſontes. Breviter! ut per Mundum & ora virorum volitet fama, ſuarum perſonarum commendatione ipſimet utuntur in promptis actionibus, velut ante dictum eſt. Minima ipſius cura eſt in veſtium luxu; ut plurimum amant nigras, pruneas & rubras, & omnem habitum, qualis generoſum militis animum repræſentat. Emoriuntur in parva æſtimatione ſuæ longioris aut

bre-

brevioris vitæ, putantes, quod *D. Petrus* favorabilem ipſorum Patronum agit ante portas Cœli.

De Martialis hominis Harmonia & animi interni, cum viribus Corporis naturalibus, conſtitutione.

HUjus Complexionis vires ſecundum propriæ ſuæ ſpeciei requiſitum corporis partium calorem in ſua vegetatione vivaciter & mobiliter nutriuntur per ſimilis naturæ fermenti calorem &c. velut in *Jove* oſtenſum eſt. Nam hujus Complexionis *Martialis* fermentum eſt quaſi effervescens, fervidum, celer, & potenter operans in digerendo aſſumtos cibos & potus eſtque *Saporis* nitroſi, amari, fervidi & ingrati, os linguamque comburentis tanquam tertium proveniens ex duobus aliis, mediante tertio, in quo ipſius compoſitionis ſolutiones & rurſus coagulationes, ut & maturationes ſaporis fiunt. Nam omnis ſapor amarus ſeu nitroſus conſtat

ex in {
Salis acido-ſalſi ſed multo magis auſteri maturi volatilis cum fixo —— *P.* 3.
Sulphuris dulcis maturi, urinoſi, ſpirituoſi vel oleoſi, volatilis —— *P.* 2.
Mercurialis humiditatis ſubtilis ſolventis —— —— —— —— —— *P.* 1.

Et

Digitized by Google

Et quia amarum nitroſum fermentum ventriculi & inteſtinorum admodum acre & fervens, exſiccans fortem celeremque in aſſumtos cibos potuſque inducit ſolutionem.

Et ſuccus nutritius per hanc fermentationem ſeparatus qui in ulterioribus adhuc ventriculis, ductibus chyliferis, glandulis &c. reperitur, utplurimum admodum eſt ſubtilis, acutus, fervefaciens, neque effervefcentiæ neque putrefactioni facile obnoxius & hanc ob cauſam humiditati naris, oris, aut humoribus manuum pedumque non facilè ſubjectis.

Nam omnis ſapor amarus vel nitroſus eſt poſt perfecte factam fermenti ſeparationem in omnibus ventriculis corrigens & mitigans, dulcificans omnem aciditatem effervefcentiam & omnem acrimoniam ſaporis acidoſalſi, auſteri & acerbi in ventriculis & vaſis lymphaticis corrodentem pellicoſas, membranoſas & nervoſas partes & promovens fermentum ſemperque ſecum ſimul propter ſulphur gerit vini anodynam, narcoticam & ſtupefactivam in pluribus & paucioribus gradibus.

Et inde hujus Complexionis *Martialis* naturæ proprium eſt, quod tam in Juventute quàm Senectute homines hujuſmodi ſint admodum fervidi, facilè iraſcibiles, neque frigus ullum metuunt, attamen hujus laboris & potius morborum ſudor propter paucam Mercuria-

curialem humiditatem, non adeò eſt fortis, admodum tamen calidus & malè olens qui ex caloris vehementis & ebullientis motu provenit.

Arteriarum venarumque ſanguis eſt ſiccus, ſpiſſus & fervefactus & nigro-ſpadicei coloris.

Glandularum aut vaſorum lymphaticorum lympha, nutriens & calefaciens partes nervoſas, membranoſas, muſculoſas & cartilaginoſas ſimiliter tum in Juventute, tum in Senectute eſt talis.

Et ex prædicto naturali motu fermentativo ſimilis producitur calor; quia etiam hujus complexionis vegetabilibus viribus naturalis nutritionis cauſa exiſtit, ut ſic omnes externæ corporis partes in omnibus ſuis accretionibus & functionum motibus ſecundum indolem repente iraſcibilis ſpiritus dirigentis ubi admodum ſunt ferventes & continuè mobiles conſerventur.

De Martialis hominis harmonia virium naturalium cum morbis & accidentibus corporis in- & externis.

QUod ſi in hujus Martialis corporis ventriculis fermentum naturale corrumpatur, uti ſequitur, ut propter ſequentes rationes pars ſalina in efferveſcentiam & pars ſulphurea præcipitata in putrefactionem collocetur,

cetur, quod facile multis modis, (ut apud *Jovem* dictum eſt) fieri poteſt; tum inde varii oriuntur morbi & accidentia in exterioribus & interioribus partium corporis ventriculis ſecundum diverſitatem effervefcentiæ ſalis aut putrefactionis ſulphuris mediante Mercuriali humiditate.

Quomodocunque autem morbi oriatur cauſa, aut in quocunque corporis partis ventriculo, certum eſt quòd in genere hujus morbi aut accidentia ſint furioſa, velocia & Chronica, ſicut & propter magnum generatum calorem anxia & pectus angentia contagioſa partium externarum accidentia, magnâ cum exæſtuatione, corporis vires conſumentia. Hinc aut ſubitò moriuntur aut tardè admodum revaleſcunt. Quia hujus vires vehementer fuere ſuppreſſæ in ſuis organis debilitatis & ſua naturali innata humiditate orbatis & exſiccatis corporis partibus.

Breviter! Cum hujus fermenti pars ſalina effervefcit mediante Mercuriali humiditate, tamen propter nimiam ſiccitatem flatus in ventriculo neutiquam producunt ructus multos vehementes, niſi nimium biberint, propter ordinariam ſitim magnam, ſed inſolitos anxios dolores convellentes ſecanteſque, & propterea nec in inteſtinis multas Colicas flatuſque; niſi antè dictæ præſto ſint rationes: verum etiam intolerabilia tormina & *Miſerere mei.*

mei. Ut & in Hypochondriis alia ſymptomata oriuntur, nimirum in capſula cordis & ſub diaphragmate vehementes, intolerabiles anxiæque palpitationes ſubitoque enecantes graves pleuritides, in cerebri cellulis, deliria, phreneſes, & furibundæ Epilepſiæ cum vehementibus clamoribus; ſicca quoque & amara lingua, cum angina & oculorum tenebris.

Intra membranulas & muſculos graſſantur intolerabiles, & per remedia implacabiles corrodenteſque dolores & cruciatus, chiragra atque *Podagra nodoſa* & præcipuè atrophia.

In veſicula fellea ſalſedinem valdè nitroſam generat, quæ ſe miſcens cum maſſa ſanguinea & lymphæ nutriente vehementem producit ſanguinis efferveſcentiam, Cephalalgias, delirium accerſentis authorem, & per lympham ipſam in externis partibus gignit multos ſapores ſcabiei, morpheæ aut lepræ.

Et ſi fermenti ſulphurea amara pars mediante humiditate ☿iali peccat, tum quoque ſecundum ventriculorum diverſitatem ſimilis naturæ *Martialibus* corripiuntur morbis & ſcorbuticis accidentibus, ut multis inquietis & diu durabilibus vigiliis, unde multa delirantia, furioſa phantaſmata dimicandi, incendendi, trucidandi exurgunt, aut meticuloſa, fera, ſolitaria facies ſeu imago ab homine vincente oriunda; & quia ſanguis inde valde incenſus, multas habent magnas abeuntes & re-

deuntes febres maculaſque puniceo-rubras & fervidas, ac ſi ad furnum Vulcani traxiſſent follem uſtrinæ.

Veruntamen propter multas extraordinarias potiones ſæpius incidunt in icterum regium cum tumore pedum & palpebrarum & in multa externa accidentia, ut putrida exedentia ulcera aut anthraces, ignem ſacrum, cancros, lupum & in abdomine cinguli inſtar circumeuntes multas cæruleas, pruneas & albas igneas, ardentes & venenoſas puſtulas, & malè curatu morbillos & apoſtemata manuum pedumque & ſimilis notæ accidentia alia ad ſubitaneam animæ ſpirituſque exitum conducentia.

De Scorbuto Complexionis Martialis.

Quomodo ille ſe habeat affectus in *Martiali* Complexione, legi poteſt in præcedentibus, atque id teſtantur reſtitutionis *Martialis* Complexionis remedia vegetabilium tam ſimplicia quàm compoſita.

Peccans *Scorbuti* in hujus Complexionis ventriculis ſapor eſt *Amarus* & valdè *Nitroſus*, vi ſua ardente, inflammante, calefaciente, ebulliente, ſpumante, efferveſcente, exſiccante, omne acidum corrigente, dulcificante, putrefactioni reſiſtente, titillante, pruritum provocante vim anodynam, narcoticam, ſtupefacti-

peſactivam, præternaturalem inducente ſtuporem & analyſin provocante, corrigitur

Per

Mercurialia aquoſa, diluentia; cætera vide apud ſaporis auſteri deſcriptionem;

Aut per

Salia Acido-ſalſa, fixa vel volatilia ſicca aut liquida vegetabilium vel mineralium. Naturalia aut artificialia præcipitantia; cætera vide apud ſaporis acris deſcriptionem.

Præparantia hæc ſunt:

Quia rarò apud hanc complexionem acidum fixum neque volatile peccat, ſed tantum hoc ſpirituale *Amarum* & *Nitroſum* acre. Ergo non conveniunt aliorum ſaporum ordinaria imbibentia, deſtruentia, dulcificantia ſive mitigantia; interdum verò adhuc conveniunt diluentia & temperantia, ſive partes contra nitroſitatis acredinem munientia; de quibus vide apud Solarem Complexionem. Plurimum verò optiméque conveniunt attrahentia fixa & volatilia, vegetabilium & mineralium acida & aceta Oleoſa, ſive ſalis communis, ſive nitri, ſive ſulphuris, ſive vitrioli, ſive ſuccus expreſſus citri, arantiarum, granatarum, berberorum, ribeſiorum, tamarindarum, Tartari; & ejuſmodi vide in loco de acetis & acidis mineralium & vegetabilium, & ſecundum reqtum pondus.

De Evacuantibus per ſuperiora.

℞. Croci Antimonii *in forma pulv. gr.* v. *cum vini ſufficiente quantitate calidi, & procede, ut moris.*
Poſtero die præparans mane & veſperi reiteretur, & ſi adhuc neceſſarium ſit, adhibeatur purgans per inferiora ſive clyſter. Convenientiſſimum verò erit

Extracti Hellebori nigri q. ſ. pro doſi, ratione Complexionis.
Multo melius verò Tartarus vitriolatus.

Sequente die adhibeatur ſudoriferum conveniens, glandularum purgans intercutanearum.

℞. *Aceti Oleoſi per Retortam deſtillati exarena ab ligno avellano vel quercino* ℥ij. *cum vini Rhenani q. ſ.*
Et procede, ut moris in provocatione ſudoris.
Sequenti die adhibeantur Diuretica ſive Urinas propellentia.

℞. *Liquoris Tartari: alias Oleum Tartari per deliquium* ℈j. *cum aqua deſtillata baccar. hederæ arboreæ* ℥vj.
Mane & veſperi, quoties opus erit.
Venæ ſectio committatur vel omittatur, pro docto Medici judicio.

Poſtea adhibeantur ventriculi ventriculorum confortantia & eorum fermentum naturale promoventia, & reſtituentia, ut & inteſtinorum, pancreatis, glandularum, præſertim verò ea ex vegetabilibus *Martialibus* antiſcorbuticis petenda ſunt, quæ habent ſignaturam aut partis aut morbi aut humoris peccantis.

Pro

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herb. *Abietis cortices.*	Herba *Artemiſiæ rubr. cont.*
Betonicæ Maris flor.	*Betonicæ fœm. flor.*
Chinæ rad.	*Chamepitys.*
Dictamni vulgar.	*Dictamni Cretici.*
Erycæ purpureæ.	*Erycæ alb.*
Fumariæ tenuis folii.	*Fumariæ albæ.*
Geranei Cretici	*Geranei Alp. argentei*
Hederæ arboreæ baccæ.	*Hyſſopi flor. alb.*
Guajaci ligni cort.	*Juniperi baccæ.*
Lycopſis.	*Lapathi acuti rad.*
Meliſſæ ruſticæ.	*Menthæ variegatæ.*
Nigellæ flor.	*Nepetæ littorariæ.*
Oſyris.	*Origani.*
Perſicariæ maculat.	*Pulmonariæ maculat.*
Querci ligni cort.	*Querci tenelli ſummitates.*
Rorismarini aurei.	*Roſmarini argent.*
Saniculæ.	*Salviæ maculat.*
Tamariſci cort.	*TamariſciGermanor.*
Verbenæ mas.	*Urticæ purpureæ.*

Ex hiſce & ſimilibus *Martialibus* vegetabilibus quilibet pro libitu ſibi remediorum formulas præparare poteſt, ſicuti ex præcedentíbus annotationibus, ſive præſcriptis compoſitionibus videndum. Ergo inutilis eſſet longa repetitio.

De Epilepſia *Martialis* complexionis; Vide quæ jam dicta ſunt ad hanc Complexionem de ſcorbuto. Quia nullus ſaporum præter ſpirituale acre amarum, ſive nitroſum ſulphureum peccat. Ordinariæ præparationes rariſſimè conveniunt. Nota bene: Aceta & acida fixa & volatilia ſufficiunt, ut antea dictum ibidem.

Die Septimo.

De Evacuantibus per ſuperiora.

℞. *Sulphuris Antimonii per acetum præcipitati* gr. v. *cum vini Rhenani q. ſ. Et procede, ut moris eſt.*

Poſtero die præparans reiteretur ex acido aliquo convenientiſſimo, ſcilicet Spiritus ſive aceti ſulphuris q. ſ. mane & veſperi, ut antea, cum vehiculo aliquo conveniente, & ſi neceſſitas urget, etiam adhibeatur purgans per inferiora.

Die nono.

℞. *Reſinæ agari diſſoluti in ſpiritu vini rectificatiſſimi* ℥ij. *& poſtea cum vino frigido & cum ſaccharo mixto q. ſ. & procede, ut moris.*

Sive

Tartari vitriolati cum Reſina turbethi mixt. q. ſufficit.

Per *ſudorem* undecimo die glandularum totius corporis adhibeatur evacuans.

℞. *Aceti ligni acatiæ* ℥iij.
Aq deſtillat. papaveris errat. ℥ij.
Vini Rhenani ℥iv.
Procede, ut moris eſt.

Per *Balſamum Nervorum* præparationem hanc quære præſcriptam apud complexionem *Jovialem.*

Maſticatorium.

Sternutatorium invenies ibidem.

Corroborantia Epileptica cerebri & fermenti promoventia in ventriculis petenda ſunt ex ſequentibus herbis morbo & parti hujus complexionis *Martialis* appropriatis.

Simplicia talia ſunt *Martialia* amara, acria, ſpiritualia, ut & fuliginoſa, urinoſa & nitroſa, ſulphurea.

Pro

VITTORIO
NAPOLI



XENOCRATES. ♀

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herba *Abſinthii vulg.*	Herba *Apii Petroſ.*
Balſamitæ Americ.	*Buglæ.*
Calaminthæ.	*Carlinæ.*
Ferulæ.	*Fraxinell. albæ.*
Geranii odorat.	*Fierulæ Galbanifer.*
Hormini alb.	*Hormini ſylveſt.*
Jaceæ tuberoſæ	*Juniperi.*
Lavendulæ laciniat.	*Lupuli.*
Menthæ ſpicatæ.	*Menthæ criſpæ.*
Nepetæ littorariæ.	*Nucum juglandium cortices.*
Ocymaſtri odorat.	*Origani albi.*
Papaveris errat.	*Pulegii montan.*
Rad. Ariſtol. cavæ.	*Ruthæ Anglicæ.*
Salviæ cruciat.	*Spicæ Nardi Indic.*
Tamariſci Germ.	*Thymi hortenſ.*
Valerianæ rubræ.	*Violæ arvenſ.*

Ex hiſce & ſimilibus *Martialibus* Medicus ſibi pro libitu formulas remediorum ſimplicium præparare poteſt, ut apud *Jovem* exempla præſcripta ſunt. Vide ibidem.

De Venereæ Complexionis Phyſiognomia.

HUjus Complexionis Corporis *Statura* eſt generatim elegantis, gracilis & admodum gratæ regalis longitudinis virilis.

Facies eſt ferè prorſus inſtar circuli rotunda & perparum modò verſus mentum oblonga, & ſimul venuſtè pinguis, ſatura ſeu plena & molliter carnoſa, ut nulla prorſus oſſis protuberantia conſpici queat.

Cutis eſt admodum tenera, tenuis, mollis, & lactei alboris cum bello & grato, tranſparente, incarnato, roſeo colore multiſque formoſis, cæruleis, tranſlucentibus venulis.

Genæ ſeu *Malæ* ſunt eleganter carnoſæ & plenæ, parvæ, & rotundæ cum parva in medio cavitate inter loquendum ſe prodente, & in medio perquam gratam acceptamque roſeam rubedinem exhibent.

Frons eſt bella, rotundè elata, prorſus lævis & plana cum magna in medio verſus naſum clarè cerulea vena. Paucæ conſpiciuntur linearum, plurimum tamen omnium conſpicua eſt linea *Venerea*, & quotieſcunque rident aut triſte loquuntur, duæ aut tres minuſculæ lineæ verſus naſum inter ſupercilia apparent.

Vertex capitis anterius & poſterius eſt formæ circulariter rotundæ atque parvus.

Capilli ſunt rariores ſeu tenuiter ſparſi & quadantenus criſpi, molliculi, inſtar lini, & colore dilutè aureo-fulvæ; in ſenectute verò transformati maximam partem in dilutè ſplendentem caſtaneo-pruneum colorem.

Tempora ſunt verſus rotunditatem frontis prorſus parum plana, paucis tecta crinibus, elegantibus, cæruleis, parvis venulis capillaribus percurrentibus.

Oculi ſunt admodum clari, magni, nigri, ſplendentes multum, ſimiliter falconis oculis, huc

huc & illuc volantes, ejaculanteſque *in medio ſui* cæruleo-albam ac claram albedinem, cujus ſcintillante quaſi Baſiliſci veneno multi ab ipſis ad redamandum pelliciuntur.

Palpebræ in claudendo ſunt omnimodè rotundæ & elatæ, bene carnoſæ, cum multis percurrentibus exilibus venis capillaribus atque multis gratis ac ſubtilibus rugis.

Supercilia ſunt formoſa, magna, denſa pilis, anguſta & longa uſque dum verſus naſi radicem vergant contigua, & aliquantum alte elata ſuper palpebras. In Juventute aliquantum migrant in album; attamen in pleriſque ſunt intenſe nigra, præprimis in provectiore ætate.

Naſus eſt prorſus planus & æqualis, & in medio perparum acutè elatus & verſus acumen aliquantum latè rotundus cum parva rimula fiſſa. Nares ſunt ex toto rotundæ & parum protuberantes.

Os admodum gratam, parvam contractamque præ ſe fert rotunditatem, pariter atque carnibus plena eleganterque rubicunda, corallina labia cum multis parvis acutis ad reſpirandum fiſſuris, præprimis in inferiori labio.

Dentes ſunt exiles, acuminati, alabaſtro æmuli albo, arctè juxta ſe invicem diſpoſiti in pulchra, ſana, corallino-rubra gingiva; duo tamen inciſores ſuperiores aliquantum ſunt lati & præ aliis elati.

Mentum eſt parvum & plenum, rotundum

& pluſquam ovali forma oblongum, in medio argutum, veruntamen profundè inſculpta gaudens ſcrobecula & elegante, duplice niveo carnoſo & pingui anthereone.

Aures ſunt parvæ, rotundæ & perquam arctè capiti adjacentes & eminentiæ cartilaginoſæ admodum ſunt parvæ, profundæ ac denſæ, lobus autem parvus & carne mollis.

Collum eſt perquam elegans, longum, anguſtum & erectum inſtar pyramidis alabaſtrinæ, carnoſum & cute album inſtar membranulæ ovi, plenum pulchris cæruleis transparentibuſque venis, elegantibus muſculis, prævalidiſque nervis, imprimis in colli circumverſione conſpicuit.

Humeri ſunt elegantes, lati & eminentes, carnoſi & muſculoſi; clari & albi, & eleganter plurimis venis cæruleis condecorati.

Pectus eſt pulchrè latum, rotundum, admodum pingue, carne molli, pelle candicante & parvis corallino-rubris ad mammas papillis inſtructum & parvis cæruleis venis, & coſtæ pectorales ſunt anguſtæ, robuſtæ atque in medio pectoris curtum in modum clauſæ.

Brachia, crura *Pedeſque* carne molli muſculiſque plena taliter gaudent, ut ne oſſa quidem inferiora ſentiri queant; at nec nervi nec tendines diſtituuntur pulchris venis cæruleis & præcipue in manibus pedibuſque ſuis parvis & albis, idque velociter currendo & ambulando.

De Venereæ Complexionis Harmonia ſignaturarum ſive lineamentorum Phyſiognomiæ externorum cum interna animi conſtitutione.

HÆc Complexio generatim eſt in omnibus ſuis actionibus ſecundum motiones externarum partium corporis organicarum & ſecundum internas animi paſſiones iræ aut amoris admodum mitis & tranquilla, nec non ſecreta celans, aut ſupprimens ſuos impetus & propter internam peculiarem cordis inclinationem ad pacem, concordiam, reconciliationem & ſinceras obligationes in officiis fidelibus & ſatisfactionibus ad amicas petitiones; eſt in omnibus actionibus & converſationibus admodum accepta & vi amoris alliciens varii generis mortalium tam humanos quam inhumanos animos. Quia in ſuis honeſtis actionibus ſua exhilaratione alios ſimul ad hilaritatem excitat. Quippe hæc omnia efficit admodum prudenter & cum acumine rationis, ut inde ſimul probus, honeſtus & perquam conſtans ipſius affectus & cuique gratificandi promptitudo, prout ex magno ejus micat conatu, animadverti poſſit.

Ingens ipſius miſericordia in pauperes & egenos apud omnes propter liberales magnas erogationes admodum eſt celebris pro ipſius facul-

facultatibus tenuibus aut amplis. Et quia in omnibus ſuis actionibus admodum eſt fidelis & in rebus ſibi concreditis admodum taciturna & in rebus laborioſis coadjutrix eſt, amici ipſius favore cum commodo uti queunt; ſiquidem in fallacibus, & turpibus propoſitis operam ſuam non locant. Etenim in curis & ſollicitudinibus non inveniunt recreationem qua aves in aëre gaudent. Quin etiam in rebus quarum eventus curas & ſollicitudines ſecum ferunt, nolunt ſe macerare aut diſcruciare. Semper enim ſe delectant contenti rebus præſentibus quales nullum animi recreationibus adferunt impedimentum. Res quoque quæ profundæ ſunt meditationis & elaborationis, moram temporis longi poſtulantes, non curant, ſiquidem in brevibus operibus plurimum inveniunt animi gaudium; attamen maxima ipſius delectatio vacandi patientiæ eſt in vocali & inſtrumentali Muſica in qua in genere ipſa eſt exercitata, & præprimis ipſi jucundum auditu eſt cornua inflari, tum maxime ſi eidem licet cum Dea Venere animalia domeſtica aut cicurata venatum abire, ubi ſuæ cupidinis caſſes ad illaqueandum captandumque prædam expandere ſibi volupe eſt. Peculiariter incredibiles eam trahunt propenſiones ad omnes à Muſica arte dependentes hilaritates atque gaudia, ut ſunt luſitare, ſaltare, jocari, ridere atque venatum abire & equitare in caballis.

Eſt

Eſt etiam ingens artium amatrix quæ in pingendo, delineando, imagines in ligno & lapidibus, metallis effingendo, in floribus formandis ex ſerico, charta, ſtramine, creta, aureo & argenteo filo potiſſimum conſiſtit. Eſt acerrima etiam amatrix florum atque ornamentorum & inſigniter ſe exercet in illis ſerendis proſeminandiſque per viridaria atque hortos; præprimis eadem amat roſas, caryophylla, narciſſos, malorum Heſperiorum & aurantiorum flores & omnia quæ natura ſua aut arte gratum clarumque præbent adſpectum, ſuavem ſpirant odorem & amœnum exhibent ſaporem.

Affectat habitare juxta pulchras, limpidaſque aquas, flumina & fontes ex pulchris lapidibus & rupibus pariter atque è fundis ſabuloſis ſcaturientes, item cantu fringillæ, philomelæ, avis Canarienſis & carduelis admodum delectatur in tranquillis locis & arbuſtis.

Libenter peregrinantur, ut nationum exoticarum fruantur favore; veſtes amant mundas & ornamenta albi, cærulei, nigri etiam coloris aut opere Phrygio parata ex auro, argento & gemmis ad cultum corporis, pro facultatum ſuarum ratione: in ſuis converſationibus ut & commeſſationibus & compotationibus admodum eſt moderata, in amoris tamen exercitatione ſæpius excedit Modum', & ad exhibendum in occulto ſua officia promptiſſi-

ptiſſima ſunt admodum fervidi atque flagrantes. Nam quando corpus ſuum ſuper *Veneris* altari liquidis ignis flammis litat, id clandeſtina agit lamentatione. Quippe ſi veritatem verbi *Multiplicamini* ſemel tantum cum doloribus perſenſerunt, ſecunda vice admodum inceſſit eos audacia non recuſandi copulam carnalem. Nam amorem amore recompenſare ipſius diſcretioni eſt proprium.

Ad reſtinguendum ardorem & ſitim ſibi aquam è *Veneris* fonte petit magnis admodum & deſperatis actionibus, atque ſi quando nimiopere indigeſtibilibus amoris fructibus carpendis indulſit, & Venereo corripitur Scorbuto, tum ipſi in ſudorifera Extracti ligni ſancti vi reconvaleſcentia quærenda in calente hypocauſto, ubi juxta Mercurialis Balſami in manibus pedibuſque uſum cum grato ex Radice Chinæ & Ligno Sancto nectare ipſis cor ſuum delaſſatum recreandum eſt uſque dum intumefacta lingua priſtinam recuperet flexibilitatem, ut Veneri diu cantatum *Miſerere mei* immutetur in canticum novum *Gaudeamus*.

In conjugio admodum eſt variabilis & præcipuè quando non lautè ſuſtentatur, & ſanè ſæpius in delectatione felicior eſſet, ſi tot dies valedictionis ſeu divortii darentur quot in amore percepto numeravit. Nam ſua accepta ſuavi & eloquenti lingua omnes ſuas perficit

amo-

amoris actiones ſimulque Amphiboliis utitur jocoſis, ad animos amantium ad redamandum ſubtili calliditate faſcinandos. Feliciter mortem obeunt, quia hilariter & tranquille vixerunt.

De Venereæ Complexionis Harmonia animi interni, cum viribus Corporis naturalibus.

HUjus Complexionis vires & fermenti effectus fruuntur Harmonia ſua, prout in antecedentibus ſæpius eſt dictum.

Et quidem hujus Complexionis fermentum eſt lentè digeſtionem promoventis, incidentis & ſeparantis, & omnibus corporis viſceribus naturæ concurrentis ſalſi ſaporis tanquam tertium proveniens ex duobus aliis mediante tertio, in quo ſolo ejus ſolutio, iterata coagulatio & maturationis ſapor fit.

Nam omnis ſapor Acido-ſalſus Fixus aut Marinus conſtat

ex in { *Salis Acidi* maturi fixiſſimi —— *P. iij.*
Sulphuris ſubamari volatilis ſubtilis *P. j.*
Mercurialis humiditatis ſubtiliſſimi *P. ij.* }

Et quia hoc fermentum Acido-ſalſum, ventriculi & inteſtinorum vehementer eſt reſolvens, unde omnium aſſumtorum ciborum potuſque radicalis perficitur ſolutio, hinc ſeparatus

paratus per facilitatem fermenti ſuccus nutritius (quippe qui per ductus propiores ad ulteriores ventriculos delatus ulteriorem adhuc digeſtionem adipiſcatur) probe admodum à corruptione præſervatur. Nam omnis ſapor Acido-ſalſus fixus poſt perfectè factam fermenti ſeparationem in ſtomacho & inteſtinis & per naturalem emunctoriorum excretionem eſt bilem amaram detergens, omnem præternaturalem humiditatem viſcidam reſolvens atque mediocriter per urinas, ſudores & alvum naturaliter expellens, omnem acrem ſaporem corrigens in partium in-vel externarum ventriculis atque in-& externis partibus mundificans ab omni putredine. Atque hanc ob cauſam hujus *Venereæ* Complexionis natura tam in Juventute quàm in Senectute quoad virium vigorem perparum mutabilis comperitur, tam in externo habitu aut forma, quam interno animi impetu, ſemperque penes ipſam benedicta eſt viriditas.

Sudor tam ex labore vel motu corporis quam ex morbi effervescentia, eſt perfacilis, tenuis, ſpirituoſus, non tamen ſuperfluus humectando, neque graviter olens, facile tamen ſi diu durat, laſſatur & debilitatur. Halitus quoque oris eſt admodum gratus, omnis fœtoris expers. Sanguis venarum & arteriarum propter bonam fermentationem eſt admodum ſubtilis, tenuis, aëreus & ſubito ſe cir-

circulans; unde admodum ſubita eſt in ſuis fervoribus, glandularum lympha nutriens aut humectans partes nervoſas, membranoſas, muſculoſas & cartilaginoſas eſt in ſuo vegetandi opere conſimilis tam in Juventute quam in Senectute naturæ. Et velut dictum eſt de natura fermentationum; ſic ſe ſimiliter res habet cum calore ex motu fermentativo proveniente pro virium nutritione hujus Complexionis, ut ſic omnes organicæ corporis partes in omnibus ſuis actionibus & functionum motionibus, ſecundum naturam advenientis hilaris Spiritus dirigentis, hilariter & celeriter conſerventur in omnibus conſuetis actionibus abſque ulla delaſſatione, neque in ulla parte hæc Complexio eſt frigida aut algida. Nam in ſeipſa vitam ſuam & motum pro ſuamet ipſius propagatione reperit.

De Venereæ Complexionis Harmonia virium naturalium cum Morbis & Accidentibus in- & externis Corporis.

QUod ſi in hujus Complexionis *Venereæ* ventriculis partium fermentum naturale, prout ſequitur, corrumpitur; ut nimia pars ſalina in effervefcentiam, aut pars ſulphurea præcipitata in putrefactionem collocetur, ut apud *Saturnum* dictum eſt, paucis mutatis eædem manent rationes de hujus *Ve-*

nereæ Complexionis Morbis, quæ apud *Jovem* prolatæ ſunt.

Quomodocunque igitur aut in quonam corporis ventriculo hujus Complexionis *Venereæ* cauſa morborum ex corrupto fermento fiat, attamen certum eſt, quod in genere hujus Morbi & Accidentia ſint prorſus celeria, non tamen diu durant, & maximam partem in magnis & ſubito ferveſcentibus incenſionibus (φλογώσεσι) cum ſiti inextinguibili, & ſic ſæpius ſubito extinguuntur Spiritus vitales, quia humor viſcerum & partium radicalis exſiccatur & evaporando abſumitur.

Breviter! Hoc in omnibus *Veneris* Morbis & Accidentibus perquirendum & animadvertendum, utrum ex partis ſalino-acidæ fixæ efferveſcentiâ, an ex ſulphureæ, amaræ volatilis putrefactione mediante Mercuriali humiditate, & in quonam partium ventriculo proveniat. Vide quæ dicta ſunt in præcedentibus Complexionibus, modò ſecundum *Veneream* Complexionem ejuſque indolem effectus quoque proprietatis attendas; quare hic ulteriori repetitione ſuperſedeo.

De Scorbuto Complexionis Venereæ.

Ejus delineationem huic Complexioni ſingularem dedimus ſuperius; addamus ejus curam quæ fit per

Cor-

Correctionem.

Peccantis ſaporis *Acido-ſalſi fixi* ſeu *Marini* vi ſua vellicante, erodente, exſiccante, emaciante, indurante, humidum expellente, ſitim excitante, & cum acidis volatilibus Podagram, Chiragram & calculum procreante & muſculos contrahente peccantis

Per

Mercurialia aquoſa diluentia. De cæteris vide apud Saporem Auſterum.

Aut per

Sulphureos Spiritus Acres, Urinoſos, Armoniacoſos, volatiles. De cæteris vide effectum apud Saporem acidum Tartareum.

Aut per

Calcis ſaporis *Imbibentia* & *Attrahentia.* De cæteris vide apud Saporem Auſterum de effectu hujus.

De Compoſitis verò præparantia hæc ſunt ſecundæ claſſis.

℞. Imbibentis *Lapidis veſicæ felleæ, tauri, calculi uſti humani,*
Cornu cervi uſti,
—— *Spagirici uſti* *āā.* ℈ij.
Raſuræ Martis cruda ℈iv.

Miſ. & divide in 8 partes æquales, mane & veſperi ante prandium & cœnam cum vini Hiſpanici vel Canarii q. ſ.

Vel

Deſtruentis *pure ſalſi fixi alicujuſque herbæ vel vilis vini uſti* ℥ijß,
Aluminis uſti ℈j.
Miſ. divid. in 8 partes æqual. uſus ſit ut antea.

NB.

Mitigantia & *Obtundentia* hic; temperantia & oblinentia rariſſimè conveniunt & præcipitantia acida nullo modo.

Vel

Diluentia *Succi expreſſi Plantaginis, ſemper-vivi majoris ãã.* ℥viij.
Syrupi flor. Nymphæ alb. ℥ij.
Succi liquiritiæ expreſ. ℥iij.
Miſ. divid in 8 partes æquales.

Vel

Dulcificantia *Spiritus ſanguinis urinæ ãã.* ℈ij.
Eſſentiæ ambræ griſeæ ℈ß.
Olei cinnamomi gut. j.
Succi expreſſi raphani ℥ij.
Divid. in 8 partes cum aq. cochleariæ q. ſ. Uſus ut antea.

Horum præparantium aliquod dictum quotidiè bis per dies adhibeatur ſex, ſeptem vel octo, mane & veſperi. Nunc agitur de Evacuantibus

Per *Superiora*.

℞. Vitrioli *Cypri gr.* iv. vel v.
Vini Malvatici ℥iij.
Procede, ut moris eſt apud Vomitorium.
Poſtero die reiteretur præparatorium mane & veſperi.
Sequente die adhibeatur purgans ſive clyſter.

Per

Per *Inferiora* convenientiſſimum.
Tale ſit pro Complexione *Venerea*:

℞. *Reſinæ agarici* gr. vj.
Antimonii laxativi gr. ij. *cum Conſerva violar. q. ſufficit, erit Bolus laxativus cum pauculo vini Canarii frigid. q. ſ.*
Procede, ut moris.
Et pro ſudorifero convenienti.

Spiritus ſalis ſanguinis ℥j.
Spodii præparati ℈j.
Cum aq. Cardui Benedicti q. ſ.
Et pro Diuretico lixivii putaminum Ovorum per vinum Rhenanum præparati q. ſ.
Et procede, ut moris.

De cæteris Medicum decet omnia, quæ ſunt obſervanda, obſervare & præſertim explorare; utrum ſub curæ finem venæ ſectio adhibeatur, nec ne.

Atque ſi hæc cura peracta fuerit, neceſſaria adhibeantur, ventriculorum fermentum promoventia & reſtituentia, ut & inteſtinorum, pancreatis, glandularum.

Præſertim verò ea ex vegetabilibus *Venereis* Anti-ſcorbuticis petenda ſunt, quæ partis læſæ ſive morbi aut humoris præeuntis habent ſignaturam, ſcilicet

Herba Venerea Anti-ſcorbutica.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Aquilegii cærulei.	*Aquilegii alb.*
Barbæ Capræ rad.	*Betulæ arboris folii.*
Cichorii.	*Conſolid. regal. flor.*
Euphraſia Græca.	*Eryſimon Theophraſti.*
Fœni Burgundiei.	*Fraxini cort.*
Galigæ Germanor.	*Gladioli.*
Heliotropii.	*Hepaticæ alb. maculoſæ.*
Jecorariæ.	*Ireos Florentin. rad.*
Liquiritiæ.	*Lauri folia.*
Myrtifolii.	*Myrti Lauri folia.*
Nardi Cretici.	*Nardi Indici.*
Orchis mas.	*Orobanche.*
Periclymeni.	*Polygalæ.*
Ribeſiorum nigrorum ſummitat.	*Ribeſiorum alborum. Vide Cort.*
Salſæ parillæ rad.	*Symphiti alb.*
Triorchis mas.	*Trifolii odorat.*
Vinca-per-vinca major.	*Vinca-per-vinca minor.*

Ex hiſce & ſimilibus *Venereis* vegetabilibus quilibet ſibi Medicus pro libitu ſecundum præſcriptas formulas medicamenta parare poteſt.

Epilepſia Venerea Complexionis

Præparantia etiam ſunt petenda ſimplicia ex præſcriptione in antecedente affectu *Scorbutico Venerea* Complexionis.

℞. *Floris Venereæ ſignaturam capitis præbentis Liliorum conval.*
Aquilegii.
Imbibentis *Matris Perlarum ſecundæ claſſis* ãã. ℥ß.
Concharum marinarum ℈j.
Sacchari Veneris ℈ß.

Ex-

Extract. ex ſucco recent. inſpiſſat flor. barbæ Caprinæ q. ſ.
Adde.
Dulcificantis *Spiritus acris ex ſale volatili columbarum cum calce viva rectificat. q. ſ.*
Miſ. fiant ſecund. artem pillulæ in forma piſi. Procede, ut moris eſt & in prædictis habetur Annotationibus, per 6 dies. Mane jejuno ſtomacho cum aqua flor. apricoſarum q. ſ.
Imbibentis *terræ calcis ſaporis ſecundæ claſſis*
Unicornu foſſilis,
Cornu cervi foſſilis.
Cancror. fluviatilium teſtarum uſtar. ää. ℨß.
Deſtruentis *Salis puræ ſalſi herbæ alicujus Venereæ* ℨ.
Dulcificantis *Gelatinæ dentis lucii piſcis & in Mariæ Balneo exſiccat.* ℨiij.
Miſ. fiat pulvis pro doſi ℨß vel ℈ij. Veſperi hora una vel altera ante cœnam detur cum ſucco depurato expreſſo Heliotropii ℥j. Procede per 6 dies, ut antea dictum.

Evacuantia univerſalia

Per Superiora: *die ſeptimo detur vomitorium vitrioli Cyprii gr.* iv. *vel* v. *cum vini Hiſpanici q. ſ.*
Procede, ut moris.
Per Inferiora: *die nono exonerentur inteſtina per vitrioli Cyprii præcipitati cum liquor. Tartari gr.* iij.
Caſſiæ in fiſtulis inſpiſſatæ ad maſſam pillularum ℨj.
Miſ. per artem. Pro uſu, ut moris.

Per *Balſamum Nervorum.* Vide apud *Jovem.*

Evacuantia particularia.

Per *Maſticatorium Sternutatorium* ibidem.
Corroborantia Epileptica Cerebri.

Corroborantia & fermenti promoventia cerebri ventriculorum ex ſequentibus peten-

da herbis morbo & parti hujus Complexionis *Venereæ* appropriatis.

Simplicia talia ſunt *Venerea* ſalſo-ſulphurea volatilia,

Apricoſæ florum.
Baſilicæ ſummitat.
Citri flores.
Doronici rad.
Gladioli Byzantini.
Hyacinthi flor.
Jaſmini flor.
Lilior. conval.
Millefolii alb.
Narciſſi albi.
Perſicorum flor.
Spinæ Theophraſti.
Tuliparum odorifer.
Vitis flor.
Vetonicæ flor.
Arantiarum flor.
Betonicæ albæ.
Chamomillæ Rom.
Dictamni Cretici.
Geranii moſchat.
Horminii alb.
Juglandis flor.
Liguſtri flor.
Myrti Barbatæ.
Nigellæ flor.
Origani
Pimpinellæ flor.
Rhapontici flor.
Syringæ alb.
Tragorigani.

Ex hiſce & ſimilibus *Venereis* floribus & plantis Medicus pro libitu faciat ſecundum formulas præſcriptas Medicamenta, velut apud *Jovem* monſtratum, convenientia.

De Solaris Complexionis externa Phyſiognomia.

SOlaris Complexionis Corporis *Statura* eſt ut plurimum procera & bene proportionata, longitudo, aliquantum craſſa & robuſta.

Fa-

Facies eſt aliquantum magna, lata, repræſentans Lunaticam Complexionem, verſus ſuperiora tamen aliquantum quadrata, & verſus inferiora quadantenus longiuſcula apparens, & æqualiter carnoſa & lævis.

Cutis non admodum eſt clara, verum aliquantillum ad flavo-pruneum inclinans cum translucente rubedine; ante frontem prominent magnæ venæ, attamen plurimas Capillares ab Oculorum angulis ad uſque tempora conſpicias.

Malæ ſunt bene carnoſæ, non tamen ut apud Lunaticos inflatæ, molles carne & pingues & colore ante dicto expolitæ.

Frons eſt magna, & aliquantum lata, in rotunditatem elevata, & ab utroque latere altos habens monticulos, tota apparet lævis, attamen quando rident, magna habent, & profunde inciſa lineamenta, maximè tamen lineam Solarem.

Vertex apparet aliquantulum magnus, brevis, tamen rotundus anterius & ſupra in Corona aliquantum latus; crines potiſſimum in Juventute ſunt aliquantillum aureo-flavi, in Senectute tamen facile nigreſcunt multis intermixtis flavis crinibus, ſunt breves, non admodum denſi & inferius aliquantum criſpè expanſi.

Tempora ſunt ex toto plana & cum capite æqualia, parum ſaltem introrſum flexa &

calva cum aliquot cæruleis venis percurrentibus.

Oculi ſunt admodum elegantes, clari, lucidi, magni in ſyncipite apparentes cum perpetua humiditate, quaſi irrorati, colore prunei, albea tamen tunica eſt ſubflava & humide ſplendens.

Palpebræ ſunt altæ, rotundæ, & planæ parvis rugis, aliquantum dependent ac ſi clauderentur exhibent, anterius longos, caſtaneopruneos incurvatos crines.

Supercilia conſtant ex crinibus dilute caſtaneo-prunis, latis, longis, attamen tenuiter ſparſis.

Naſus eſt prorſus planus, perparum elatus, & ſupra aliquantum amplus propter minimam planitiem & utrimque tanquam parum flexus introrſum propter nares amplas.

Os, non eſt admodum amplum in latitudine, magnum tamen, rotunda & carnoſa habens labia, & imprimis inferiora ſunt parvis rugis plena, ac ſi fiſſuræ ſubtiles ab aëris acrimonia eſſent.

Dentes aliquantum à ſe invicem lacunarum ritu diſtant, aliquantillum lati & acuti, non admodum candidi, gingiva tamen gaudent bona & rubicunda.

Mentum apparet ſub-rotundum ſimiliter faciei in medio longam profundè inſculptam foveolam, duramque & denſam habent barbam

bam & magnam, per eamque per genas pilis duriuſculis ſparſam.

Aures ſunt aliquantum magnæ & carnoſæ & parum à capite dependentes, præſertim inferior ejus lobus aliquantum eſt magnus, carnoſus atque ruber.

Collum eſt breve & robuſtum, & parum verſus anteriora incurvatum, arteriæ venæque in eo non ſunt tam conſpicuæ quàm multifarii elegantes muſculi & tendines.

Humeri ſunt elegantes magni, lati & carnoſi, oſſibus robuſti, & ſpina dorſi eſt ſuperius verſus ſcapulas aliquantum elata & inflexa.

Pectus eſt admodum magnum & latum & ſubrotundum, rectà anterius protuberans, robuſtas & latas in ſterno habens coſtas.

Brachia / *Pedes* { ſunt carne robuſta, craſſa & bene proportionata, muſculis gaudent elegantibus & carnoſis, tendinibus robuſtis, & multis magnis, pulchris, cæruleis venis, ſunt ad laborandum & eundum agilia & diu durabilia.

De Solaris hominis harmonia ſignaturarum ſive lineamentorum Phyſiognomiæ externæ cum interna animi paſſione.

HÆc Complexio in genere eſt in omnibus ſuis actionibus, ſecundum motiones externa-

ternarum corporis partium organicarum, & ſecundum internas animi paſſiones iræ aut amoris &c. Magni Leonini animi ac cordis imperterriti; in Senectute ſua eſt ſeria, fervida (Zelotypa) & gloriabunda. Ad hæc eſt ingenioſa illuminatiſſima cognitione prudentum admodum multa dotata ſæpius & ſuo tempore eloquens, magnam habet promptitudinem facili negotio de inceptis profundæ contemplationis Myſteriis & difficulter comprehenſibilibus rebus præſagiendi; eſt ſincera & honeſta, in adminiſtranda Juſtitia, in Politico & Eccleſiaſtico ſtatu, & altum ipſius in rebus ſecretis ſilentium eſt, id quod in ipſius fortunam & honorem cenſetur laude dignum. Nam de ſuis ipſius actionibus aliis parum aperit; eſt candido animo erga amicos atque prona ipſis cum conſilio tum auxilio prodeſſe; eſt hilaris & admodum liberalis illis inſerviendi & ad honores & officia promovendi. Et utplurimum in Senectute propter ſuæ aptitudinis incrementum, honorabili valde & amplo publicoque fungitur officio & ſæpius ſuo ipſius cum incommodo in eo excellere quærit; unde ipſius opes propter magna expenſa ſæpius valde adaugeat, aliis de eis liberaliter rurſus ſuppeditare queat. In devictorum perſecutione furibunda hoſtium invenit gloriam, & ſi vindictam petiit eſt quieta, & ingratitudinis ex incogitantia profectæ obliviſcitur. In Senectute

in

in omnibus aliquanti momenti actionibus eſt magnopere ſollicita, conſtans & immutabilis, & omnibus ſuis animi affectibus motionibusque impetuoſis frenum moderationis injicere novit. Et quia animorum nobilium actionumque glorioſarum magna eſt amatrix, hujuſmodi quærit conſortia, inprimis ſi in Senectute ſapientia & intelligentia accedunt. Nam in ipſius Senectute proprii crines cani ipſi ſunt ornamentum & corona.

Et quanquam in libertate vivere extraordinariè amet, eamque ut obtineat, omnem movet rudentem, eam tamen non facile ſuis ſubſtitutis aut Magiſtratibus ſuppeditat neque vi neque dolo.

Et quia in omnibus ſuis actionibus & ſermonibus non variabilis, ſed conſtans eſt, & firma, nihil magis affectat niſi ut ejus breves propoſitiones candide abſque dolo & aſtu accipiantur & intelligantur & nimia cum patientia eventum rerum ſuarum controverſarum expectare ſcit, ſeque ipſam vincere condidicit.

Quoad vitam eſt perquam tranquilla & religioſa ſecundum requiſita legum naturæ, ut ſemper animo pacato & ſalva conſcientia degat, coram omnibus hominibus. Et patientia ejus interna ſuper difficilium inſperatarumque rerum adventu eventum harum ſecundum exſpectare poteſt. In diſcendis artibus & ſcien-

& ſcientiis aſtuta, velox & curioſa, ut eas tam retinere ſciat quam inveniat.

Fœminarum elegantis, & bene proportionatæ formæ magna eſt amatrix, attamen ordinaria harum incantandi vis in domando & cogendo animos inefficax eſt in ipſam aliquid committendi aut omittendi per quod ipſius honor, & authoritas labefactari aut vileſcere queat.

Inſigniter amat peregrinari per Terras & Maria, nec non inſerere arbores & fructus implantare.

Tantopere delectatur venatione animalium in aëre volantium & in deſertis degentium, ut nec diei fervore, nec noctis frigore, inde avocari queat.

Diu immoratur itineri per pedes faciendo & nimis cunctatur ſi currendo pro pignore decertandum eſt.

In ordinariis ſuis veſtibus eſt admodum munda ac nitida quales colore ſunt flavæ, aureo-flavæ vel inſtar corticum aurantiarum, & amant eas exornare auro, rubinis, & quicquid per fulvum ac flavum colorem poteſt repræſentari.

De

De Solaris hominis harmonia animi, cum viribus Corporis naturalibus.

HUjus Complexionis vires ſecundum propriæ ſuæ ſignaturæ requiſitum corporis partium calorem in ſua vegetatione vivaciter & mobiliter nutriuntur per ſimilis naturæ fermenti calorem, velut apud *Jovem* eſt oſtenſum. Attamen hujus fermenti ſecundum Juventutem aliquam admittit differentiam. Quippe in Juventute eſt acriter fervens in ſua vi attenuante & incidente in aſſumtorum ciborum potuſque in ventriculo & inteſtinis digerendorum. Siquidem eſt volatilis, admodum acris & ſubtilis linguam & os penetrantis ſaporis, tanquam tertium proveniens ex duobus aliis mediante tertio in quo ejus compoſitio, ſolutio & iterata coagulatio, atque maturatio ſaporis fit.

Nam omnis ſapor Acris vel Armoniacoſus, vel Salſo-acidus volatilis conſtat.

ex { *Salis* acidi efferveſcentis valde volatilis —— —— —— P. 2.
Sulphuris urinoſi fermentantis volatilis —— —— —— —— —— P. 3.
Mercurialis humiditatis ſolventis ſubtilis —— —— —— P. 1.

Et quia Acre vel Armoniacoſum fermentum admodum ſubtile, Acre & fervens in ſapore

pore & odore celerem & fortem aſſumtorum ciborum potuumque ſolutionem infert.

Succus Nutritius hujus per hoc fermentum acre ſeparatur, qui in ulterioribus adhuc ventriculis, ductibus chyliferis, & glandulis, &c. reperitur, eſt plerumque etiam admodum celer; ſubtilis, fervefaciens, & effervescentiæ facili difficulter putrefactioni obnoxius.

Nam omnis ſapor acris ſeu ſalſo-acidus-volatilis eſt poſt perfecte factam ſeparationem fermenti in omnibus ventriculis corrigens, mortificans, imbibens ſaporem acidum ſalſum præternaturalem, & omnem viſcidam, mucilaginoſam lympham & chylum reſolvens, incidens & liquefaciens omnem effervescentiam ex acido præternaturali præcipitans, mortificans & conſequenter dolores ſiſtens, urinas ciens & propellens in quibuſcunque ventriculis & glanduloſis partibus, modo in- & externe reperiantur. Atque ob hanc cauſam hujus Complexionis naturæ proprium eſt ut in ſua Juventute admodum celer, penetrans, nunquam ceſſans, & admodum fervida ſit in ſanitate & morbo.

Sanguis Venarum Arteriarumque eſt ſubtilis fluidus & calidus, & ſpiſſus, & colore pulchro, claro dilute rubro.

Lympha glandularum vaſorumque lymphaticorum nutriens & calefaciens partes nervoſas, membranoſas, muſculoſas, & cartilagi-
noſas,

noſas, ſimiliter eſt humectantis & calefacientis virtutis.

Et ex prædicti fermenti motu conſimilis producitur calor ad vires hujus Complexionis naturaliter nutriendas & ſic quoque ad omnes externas corporis organicas partes, in omnibus ſuis accretionibus & functionum motibus ſecundum indolem ipſius penetrantis celeris aut feſtinantis ſpiritus, dirigentis etiam in celeriter & facile mobilibus conſervandas.

Fermentum in Senectute non permanet, ita celer, penetrans & celere fervens, quanquam in ſe ipſum fervidum ſit, in ſua attrahente præcipitatione & fixatione, quam illud (in Juventute) in ſua expellente reſolutione & volatiliſatione aſſumtorum ciborum potuſque, qui in ventriculo & inteſtinis digerendi ſunt.

Hoc enim eſt fixi, lixivioſi, cauſtici, linguam & Os adurentis ſaporis qui tanquam tertium provenit ex duobus aliis mediante tertio, in quo ejus compoſitio, ſolutio, & iterata coagulatio atque maturatio ſaporis fit.

Nam omnis ſapor ſalis purè ſalſi fixi, ſeu lixivialis, aut urinoſi fixi conſtat.

ex in { *Salis acidi* fixi valde maturi —— P. 2.
Sulphuris urinoſi fixati —— —— P. 3.
Mercur. humiditatis ſolventis fixæ P. 1.

Et quia hoc fermentum eſt lixivioſi aut ſalini pure ſalſi ſaporis; ita quoque operatur in ſolutione aſſumtorum ciborum potuſque, &

ipſius ulterioribus adhuc ventriculi ſuccus fermenti nutritius putrefactioni facilius ſubjectus quam prioris. Quia ſulphur aſſumtotum ciborum & potus ante tempus perfecti fermenti præcipitatur. Nam omnis ſapor lixivialis fixus eſt poſt perfecte factam ſeparationem in omnibus ventriculis ſaporem acidum, acerbum, auſterum attrahens, imbibens, mortificans; in quibuſcunque ventriculis, glandulofis partibus in-& externis ubi modo ille latet, & prout ante dictum, in ſuis proprietatibus operans.

De Solaris Complexionis harmonia virium naturalium cum Morbis, Accidentibus in-& externis.

QUod ſi in prædictis *Solaris* Complexionis ventriculis corporis fermentum naturale corrumpatur, prout ſequitur, nimirum quod propter ſequentes rationes, pars ſalina in effervefcentiam aut pars ſulphurea in putrefactionem deſinat &c. ut apud *Jovem* eſt dictum: tum morbi inde oriuntur, cujus rationes ex *Jove* petendæ ſunt.

Quomodocunque autem hujus Complexionis oriuntur morbi, aut in quocunque corporis ventriculo ex fermento in Juventute, aut Senectute corrupto, certum eſt quod in genere hujus Complexionis Morbi & Accidentia

dentia ſunt admodum ſtrenua, cauſtica & fervida cum magna ſiccitate & ſiti, & cephalia, unde calor nativus, & humor radicalis viſcerum aut partium extinguitur aut conſumitur.

In ſumma! Hoc in omnibus ſolaribus Morbis & Accidentibus eſt obſervandum, utrum proveniant à partis ſalinæ effervescentia, an à partis ſulphureæ putrefactione, mediante *Mercuriali* humiditate aut in quibus ventriculis partium calorem naturalem ex ordinario fermento aſſurgentem extinguant, aut humidum radicale in ſuo ſapore ſalino, aut fœtore ſulphureo infeſtent & confermentent, & tandem chronicos morbos intemperieſque ventriculorum generent, & celeres aut tardos pernicioſos aut lethales Morbos & Accidentia curabilia aut incurabilia procreent, imo ſecundum ſpeciem Complexionis *Solaris* in omnibus *Solarem* curſum oportet obſervari & effectus proprietatis, prout in præcedentibus Complexionibus obiter monſtratum eſt. Neque hic idem repetendo tempus perdere eſt operæ pretium, quod quilibet bene conjecturans Medicus probe obſervare poteſt ex effectu & ſignis externis.

De Scorbuto Complexionis Solaris præcedentia vide, quorum rationem confirmant reſtitutionis remedia vegetabilium, tam ſimplicia quam compoſita.

Correctio peccantis Saporis acris, Armoniacoſi, Urinoſi ſive Acido-ſalſi volatilis.

VI ſua ardente, corrodente, calefaciente, exulcerante, reſolvente, mortificante, ſtupefaciente, inſaniam inducente, epilepſiam cauſante.

Fit per

Mercurialia aquoſa, diluentia & cætera. Vide apud Saporis Auſteri deſcriptionem.

Aut per

Salina, nempe ſalia purè ſalſa ſeu lixivioſa, fixa, propter eorum vim expellentem, &c. Vide apud Saporis Auſteri deſcriptionem.

Aut per

Salia Acida Liquida, attrahentia, imbibentia, præcipitantia, abſorbentia, incorporantia omnes ſpiritus acres volatiles.

Correctorium.

Peccantis ſaporis *Salis Lixivioſi*, puri ſalſi fixi ſulphurei in ſua natura cauteriſante, inflammante, exſiccante, mortificante, excoriante, exulcerante cum acido effervеſcente fermento præcipitante, cartilagines & oſſa emolliente & cariem inducente.

Per

Mercurialia aquoſa, diluentia, &c. Vide cætera apud Saporis Auſteri deſcriptionem.

Aut per

Salia Acido-ſalſa fixa. Vel quandoque propter acidum in volatilibus ſalibus ſulphureis.

Sulphurea Acido-ſalſa volatilia, urinoſa & armoniacoſa. Vide de his in Diribitorio Medico noſtro *Cap.* 12. *P.* 75. De cæteris vide Saporis Acidi Tartari effectum.

De Compoſitis vero,

Quæ pertinent ad curam *Scorbuticam* Complexionis *Solaris* præparantia hæc ſunt.

℞. Imbibentis *Lapidis cancrorum prima claſſ. Boli Armeni præparat.*
Arilla præparat. ãã. ℥j.
Raſuræ Mart. crudæ ſub. ℈iiij.
Miſ. divid in 8 partes æquales mane & veſperi ante cænam cum vino Hiſpanico.

Vel

℞. Deſtruentis *Salis purè ſalſi communis fixi ſacchari aluminis* ℈j. ℥ijß.
Miſ. divid in 8 part. æqual. ut antea, &c.

Vel

℞. Mitigantis *Sulphuris Anodyni Opii Crollii* gr. iij.
Succi flor. nymphæ citrin. inſpiſſ.
Olei deſtillat. cinnamomi gut. q.
Pulvis croci Oriental. gr. xvj.
Miſ. divid. in 8 partes æquales ut antea.

Vel

℞. Diluentis *Succi expreſſ. braſſicæ capitat. rubræ* ℥xvj.
Julapii Flor. Perſici ℥ij.
Syrupi Myrtillorum ℥j.
Miſ. divid. in partes 8. æquales, ut antea,

 Vel

Vel

℞. Temperantis *fervorem ſive Oblinentis.*
Sem. Malvæ Mucilaginis cum aq. rad. taraxiconis extract. ℥xvj.
Syrupi de jujubis ℥jß.
Miſ. divid. in 8 part. æquales, ut antea.

Vel in loco hujus

℞. *Olei Olivarum albiſſimi & recentiſſ.* ℥ij.
Syrupi de paſſulis major. ʒij.
Miſ. detur pro unica doſi, quoties opus.

Vel

Si vero accidentaliter pars Sulphurea peccet, ſicuti ſæpiſſimè fit.
℞. Præcipitantia *non conveniunt.*

De *Evacuantibus* lege obſervationes apud Complexionem *Jovialem* ſuperiorem.

℞. *Aqua Benedicta Rulandi.*
Poſtero die præparans mane & veſperi reiteretur. Si neceſſarium adhibeatur purgans ſive Clyſterum per inferiora convenientiſſimum aut erit huic Complexioni *Solari.*
℞. Reſinæ Gialappæ *gr.* vij *vel* viij. *diſſolut. in Spiritus vini* ʒij. *rectificati cum vino frigido & parum ſacchari ſumitur & procede ut moris eſt.*
Sequente die adhibeatur ſudoriferum conveniens glandularum purgans per cutim.
℞. Spiritus Tartari *rectificati.* ʒij.
Aq. deſtillat flor. calendulæ ℥viij.
Procede, ut moris eſt.
Sequente die adhibeantur Diuretica ſive Urinas propellentia.
Tincturæ Succini, *cum Tinctura Tartari extracti* ℈j.
Aqua deſtill. ſaxifragæ aureæ ℥iij.
Mane & veſperi; quoties opus.

NB.

NB.

Venæ Sectio aliàs utile aliàs inutile remedium. Ergo committatur vel omittatur pro Medici docti judicio.

Poſtea adhibeantur ventriculi ventriculorumque confortantia, & eorum fermentum naturale promoventia, & reſtituentia, ut & inteſtinorum pancreatis, glandularum, præſertim verò ea ex vegetabilibus *Solaribus* petenda ſunt, qui habent ſignaturam, aut partis aut morbi aut humoris peccantis.

Herbæ Solares Anti-Scorbuticæ.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herb. *Agrimoniæ.*	Herb. *Alkannæ rad.*
Buphtalmi v. ſp.	*Bucranii herb.*
Chamæcy Pariſſ.	*Chryſogon rad.*
Draconis ſanguinis.	*Dorcæ rubræ.*
Eryſimon.	*Enulæ.*
Floris tinctorii.	*Fugæ Dæmonum.*
Galii rubri.	*Galii albi*
Hypericonis Cluſii.	*Hippolapathi ſylveſtr.*
Iſatis ſylveſtr.	*Jacobeæ*
Linariæ purpureæ.	*Linariæ Caryophyllat.*
Millefolii purpurei odorat.	*Millefolii albi.*
Naſturtii hybernii.	*Nigellæ ſylveſtris.*
Oſyris rad.	*Oſiris purp. verni repentis.*
Peſſerinæ foliis Linariæ.	*Panacis Heraclini.*
Quinquefolii major.	*Quinquefolii minoris.*
Rubi idæi.	*Rutæ caninæ.*
Saxifragæ aureæ.	*Scabioſæ montanæ minimæ.*
Tormentillæ.	*Trifolii Cochleati.*

Ex hiſce & ſimilibus *Solaribus* vegetabilibus quilibet per lubitum ſibi formulas remediorum concinnare poteſt, ſicuti ex præcedentibus annotationibus & præſcriptis compoſitionibus videndum. Non opus eſt ergo repetitio continua ad temporis abuſionem & chartæ perditionem.

De *Epilepſia Solaris* Complexionis.

Præparantia petenda ſunt ſimplicia ex præſcriptione antecedentis effectus Scorbutici in *Joviali* Complexione.

Compoſita vero ſunt

℞. *Flor.* Solaris *ſignaturam Capitis præbentis,*
Tiliæ,
Stœchadis alb.
Viſcus arborum malorum ãã. ʒß.
Imbibentis *Unguium alcis* ℈ij.
Dentis Elephantis raſp. ʒß.
Sacchari aluminis ℈ß.
Extract. ex ſucco recent. inſpiſſato flor. calendulæ q. ſ.
Dulcificantis *Spiritus acris ex ſale volatili cornu cervi à calce viva rectificat.* ℈ß.
Miſ. ſecundum artem fiat Pill. maſſa formentur Pillulæ in magni piſi forma, quorum pro doſi duo exhibeantur. Mane jejuno ſtomacho per 6 dies cum aq. flor. ſaxifragæ albæ q. ſ.

℞. Imbibentis *Terræ calcei ſaporis primæ claſſis,*
Terræ Lemniæ,
Muſci corallini.
Deſtruentis *Salis puræ ſalſi ſive lixivialis herbæ alicujus* Solaris *ſive Salis gemmæ calcinati* ʒj.

Dul-

Dulcificantis *Gelatinæ Dentium canis, cornu Rhinocerotis in Mariæ Balneo exſiccat. & pulveriſat.* āā ℥jß.
Miſ. fiat pulvis ſubtilis pro doſi ℥ß. ℈ij. Veſperi hora ante cœnam detur cum ſucco depurato expreſſo herb. & flor. Cheiri ℥j. Procede per 6 dies.

Per *Superiora* Evacuantia *Univerſa*; die ſeptimo detur Vomitorium.

℞. *Vini ex poculo Antimonii* ℥iij.
Procede ut moris eſt.

Per *Inferiora* nono die exonerentur inteſtina.

℞. *Vitri Antimonii per Oleum Vitrioli præparati. purgans gr.* iij.
Reſinæ Agarici gr. iv
Vel
Pulv. Cart. Arantiar. ℈ß.
Miſ. erit purgans, procede, ut moris eſt.

Per

Sudorem undecimo die glandularum totius Corporis evacuans ſequenti ſudorifico ſuppletur.

℞. *Bezoartici Solaris gr.* iv.
Sive auri fulminantis ℈ß.
Olei fœtidi ſuccini gut. vij. *rectific.*
Fellis carpionis exſiccat. gr. vj.
Spiritus Salis volatilis Cornu Rhinocerot. ſublimati à calce viva gut. 20.
Olei cinnamomi gut. iij. *Miſ. diſſolve in aq. flor. Carthami q. ſ.* ℥iiij.
Procede, ut moris eſt, ad promovendum ſudorem.

Per

Balſamum Nervorum cujus vide apud *Jovialem* Complexionem præparationem & totum proceſſum.

Evacuantia Particularia

Per

Maſticatorium etiam vide apud *Jovem.*

Per

Sternutatorium ibidem quoque deſcriptum.

Corroborantia *Epileptica* cerebris.

Corroborantia & fermentum promoventia ventriculorum petere debes ex ſequentibus herbis morbo & parti hujus Complexionis *Solaris* appropriatis, ſimplicia talia ſunt *Solaria* armoniacoſa ſive acria.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Amaranthi Indici flores.	*Authirroni Flavi Flor.*
Balſami Maris herb.	*Balſami foliis & ſerratis.*
Calendulæ flores.	*Carthami Flores.*
Doronici majoris rad.	*Dentis Leonis.*
Enulæ Flor.	*Eryſimon. altri.*
Farfara Alpin.	*Tritillaria Fluviatilis.*
Galei.	*Geniſtæ.*
Heliotropion. majus.	*Hypericonis.*
Jacobea.	*Jaſmini Geniſtæ foliis.*
Linaria Græcæ.	*Linaria vulgar.*
Medic. Anglican.	*Meliloti Citrinæ.*
Nardi Indicæ.	*Nardi Celticæ.*
Orintopodii.	*Oſyris.*
Papaveris Corniculat.	*Ranacis.*
Rutæ caninæ.	*Radicis dulcis.*
Saxifragæ aureæ.	*Stœchadis alb.*
Thilia Flor.	*Thaſpi Dioſcoridis.*
Verbaſci Dioſcoridis.	*Violæ Muraria ſeu Cheiri.*

Ex hiſce & ſimilibus *Solaribus* plantis, qu libet Medicus pro libitu ſibi formulas rem diorui

Digitized by Google



JOAN. CUSPINIANUS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

diorum præparare poteſt, ut apud, *Jovem* dictum eſt.

Item

De Compoſitis ex iis vegetabilibus ibidem de Epilepſia invenies exemplum. Ergo inutilis eſſet repetitio. Interim lege methodum componendi & procede in medendi methodo ex *Solaribus* vegetabilibus.

De Lunaticæ Complexionis Phyſiognomia.

CAuſas cur Complexio ſit Lunatica, legite apud Saturnum. Corporis *Statura* hujus Complexionis in genere eſt fortis, magnæ & craſſæ longitudinis virilis: & in Senectute corpulentior quam in Juventute nulliuſque amœnæ proportionis.

Facies eſt admodum magna & rotunda & plane carnoſa inſtar Lunæ.

Cutis eſt flava & pallida, ſæpius cæruleo-rubro intercurrente colore.

Frons lata, magna & rotunda, cum multis magnis, craſſis, latis, profundis & tortuoſis lineamentis; præprimis linea Lunatica paucas habet venas, quæ profundæ ſunt immerſæ carni & parvæ; attamen in medio plerunque lata & magna apparet arteria.

Mala ſunt magnæ, latæ, carne plenæ, inflatæ & quaſi ſplendentes uti tumores & graviter

viter dependentes verſus mentum cum foſſula in medio.

Vertex eſt exactè rotundus, magnus, groſſus atque latè arcuatus.

Crines ſunt tenuiter ſtrati, acuti & plani & inferius aliquantum criſpè concurrunt, ſunt bene molles, colore dilutè nigri & fuſci.

Tempora ſunt lata, ampla & rotundè aliquantum impreſſa, uſque ad aures, parvis texta crinibus, cum aliquot parvis tranſparentibus venis.

Oculi ſunt magni, rotundi & nigricantes, clari cum fuſca iride, aut felini, ut ultra frontem parum protuberantes & multum deorſum terram verſus proſpicientes, & ut plurimum unus altero eſt major.

Palpebræ ſunt magnæ, craſſæ, carnoſæ, graviter dependentes & præſertim inferiores magis protuberant ac ſi eſſent tumefactæ, plenæ ſunt rugis & plicis, præprimis verſus oculi angulos contractæ inſtar marſupii, cum pilis *in ciliis* tenuibus quidem, ſed longis & acutis.

Supercilia ſunt magna, rotunda & alta, naſumque verſus aliquantum latè concurrentia, pilos habent longos, fuſcos, tenues & inæqualiter diſpoſitos, & inter loquendum ſimul adſcendunt & deſcendunt.

Naſus ſecundum faciei proportionem eſt brevis velut quaſi parum impreſſus; attamen eſt magnus & craſſus & anterius rotundus cum magnis amplis naribus.

Os

Os etiam ſecundum faciei proportionem non eſt magnum; attamen propter magna rotunda & craſsè carnoſa labia tale apparet, & labia ſuperiora per duos magnos inciſores elata parum protuberant.

Dentes qui omnes ſimul ſunt lati & magni, prorſus habentur inæqualiter diſpoſiti & late ab invicem diſtracti & quaſi detriti: in Senectute, colore ſunt flavi & obſoleti, gingiviſque muniuntur groſſis, magnis, prominentibus uſque ad radices dentium.

Mentum eſt breve & rotundum, non admodum magnum cum magno tam pingui, pendente ſub mento verſus collum uſque. In medio profundam, oblongam rimam habet, & barbam tenuium molliumque crinium gerunt in genis cum crinibus maturè caneſcentibus intermixtis.

Aures ſunt admodum magnæ, latæ & graviter dependentes cum groſſis & profundis cartilaginibus & gravibus carnoſis lobulis.

Collum eſt craſſum, curtum & robuſtum, candicans & pingue, carnoſum, ut magni, lati & profundi circa collum appareant circuli ac ſi filo eſſent impreſſi. Quin etiam nec nervi nec venæ, nec tendines conſpici poſſunt.

Humeri ſunt magni, lati, robuſti & carnoſi & verſus dorſi ſpinam prorſus rotundè elati.

Pectus eſt admodum magnum, elatum carne & pinguedine, & molles, pendulæque mam-

mammæ ac ſi aqua repletæ eſſent, prorſus non piloſum cum coſtis quidem admodum latis, veruntamen carni & pinguedini profundè immerſis.

Brachia & *Pedes* oſſibus ſunt robuſta, groſſa & magna, item carnoſa & pinguia profundè in carne delitescentibus nervis & muſculis parviſque venis cum paucis pilis atque non diu in ambulando & laborando perſeverantia, tarda, facileque delaſſantur.

De Lunaticæ Complexionis Harmonia ſignaturarum Phyſiognomiæ internarum & animi interni conſtitutione.

HÆc Complexio in genere in ſuis actionibus ſecundum motiones partium Corporum externarum & ſecundum internas animi paſſiones ab ira vel amore, eſt obſtinata pergens, penetrans nullum rationibus relinquendo locum. Admodum eſt audax abſque timiditate in omnibus difficilibus rebus imminentibus, attamen ſi res minus feliciter cadit, admodum eſt è contra perturbata & anxia. Nam in tali fervore rariſſime ad rerum incertarum finem abſque noxa & ignominia pervenit. In omnibus actionibus in ſui amoris augmentum admodum eſt liberalis reſpectu inſolentiæ ſuæ ſeipſam extollit, ſibi placet & bene de ſuis loquitur actionibus, multoſque infelices red-

reddit infeliciores per ſuas in aures ſuſurrationes, ſiquidem in ſuo propoſito ſuſcepto irrationabiliter inconſideratéque pergit, odio proſequitur ſuos adverſarios pluſquam *Vatiniano*, & calumnia, & ſua ſeductione multas res feliciter ex animi ſententia ad eventum perducit.

Ordinarie nec bene nec ornate loquentes homines ſunt neque præſtantes Oratores. Nam ſi de cujuſdam momenti re compellantur, aut ipſi alterum compellant admodum ſunt anxii neque id abſque hæſitatione aut multiplici rei ſemel prolatæ repetitione facere poſſunt & advocato aut rerum ſuarum interprete opus habent, attamen ſi irati ſunt, neutro horum indigent. Nam duriter & inciviliter loquendo pergunt, quamvis nihil ad rem faciat. Nam in omnibus multæ patientiæ rebus quas ſuſcipere audent opus habent alio qui eas ad bonum perducat finem.

Multo liberaliores ſunt in promittendo quam dando, quando verſantur in periculo aut aliquem vocant in auxilium, profusè tamen ſunt liberales in dando de rebus non ſuis, ſed alienis.

Sæpius tamen ſe retardarent niſi cogitarent de fructu inde ſibi reſultante duplici, ſiquidem libenter vivunt ex eo per nefas, quod alii per fas lucrati ſunt, ſiquidem augere & diminuere ex influxu Lunæ habent.

Dextra

Dextra manus non reticet benefacta quæ ſiniſtra elargita eſt in egenos; verùm novellarum ſcriptor ſuas de eis adimplere pagellas poſſet.

Multa ſub ſpecie recti agitant conſilia rapiendi aliorum bona ad ſe & propter hanc conſcientiæ vomicam ad nulla officia apti ſunt & idonei. Quod enim non habent, à ſe obtineri poſſe ſibi nullius eſſe artis putant. Nam de uſu-fructu rerum capiendo ſemper ſunt ſolliciti; & quia in ſuis actionibus admodum ſunt infidi, ab ipſorum inconvenienti adulatione, nihil certi nec boni eſt exſpectandum. Quare quicunque magnam in aureos ipſorum montes ſeu magna & prolixa pollicita fiduciam collocat, ille non intelligit Lunæ augmentum & decrementum neque rerum viciſſitudinem tempore ſepteno accidentem. Multi quippe munus promiſſi non conficiunt. Plurimum illos æſtimant amicos bonos qui ſecundum occaſionis requiſita apud ipſos in neceſſario conſilio bono & in edendo ac bibendo ſunt conſtantes. Nam hæc aquatica Complexio impensè ſuccum rivorum exſiccantem amant; ut & illos ſuffragantes qui ipſorum ſequuntur conſilia, & qui cum ipſis eadem navi fluctuantes per Mare undabundum fortunam novercantem conantur placare cujus inclinatio nihil aliud, quam illecebræ ad perniciem ſunt illachrymabilem.

Et

Et quia corporum ſuorum Lunaticorum frigida humiditas pro ſua calefactione & exſiccatione Solaribus ex Veneris facie radiis opus habet, utplurimum ipſis eſt numeroſa ſoboles magnoque virium complectuntur amore, quia diverſoria non frequentat, & quamvis in hoc opere ſolitudinem admodum ament & quærant, non tamen ſunt Melancholicæ aut Saturninæ ſortis, ſiquidem in hac ſuam reperiunt voluptatem; tamen in educandis liberis ſuis & varii generis avibus & beſtiis aquaticis, ut anſeribus, anatibus, cygnis, &c. & piſcibus voluptatem quærunt. Nam præprimis delectantur artibus hydraulicis, aquaticis, ſalientibus fontibus & variis, ex rupibus, oriundis fluminibus & limpidis fontibus torrentibuſque, & libenter per mare, per terras peregrinantur: cæterum ad omnes alios duros graveſque labores fœtidum expellentes ſudorem inepti & inviti. In veſtium puritate ſunt negligentes; ut plurimum amant colores dilutè cæruleos & virides glaucoſque.

Et quia propter corpulentiam & craſſa graviaque in manibus & pedibus oſſa admodum celeres inſtar avium plumbearum, ſunt ad nullam rem ineptiores, quàm curſu decertare, & longas percurrere vias ipſis eſt tædioſum, ubi nulla ad quieſcendum reperiuntur diverſoria, in quibus tam fauces, quam pedes pulvere plenos abluere geſtiunt vino.

Et quia inepti ſunt ad difficilem agriculturæ laborem, navigii remum malunt ducere quàm aratri ſtivam tenere.

Semper in vana vivunt cura, citiuſque præ ſubito terrore, quam ex aliis moriuntur morbis; veruntamen ſi hydrops ipſis calorem extinguit vitæ, in cœleſti miſericordia communi ſolum ſuæ reperiunt conſcientiæ tranquillitatem. Quid? quod per ſtrictam Regenerationis viam in omnibus ſupradictis tranſmutāti ſunt.

Et hanc clauſulam & Regulam ſive limitationem Phyſiognomiæ bene quemlibet obſervare oportet, quod educatio, converſatio & regeneratio peſſimas valeant Complexiones corrigere, & nonnunquam per accidens optimas corrumpere; interim tamen ſemper inclinatio naturalis Complexionum maneat, licet ea non propter dictas rationes in effectum deducatur & ſæpius ſufflaminetur: ſufficitque hujuſmodi indagaſſe ſtimulum de quo monito intelligendus Ariſtoteles de ſolius Phyſiognomiæ infallibilitate.

De Lunaticæ Complexionis Harmonia animi interni & conſtitutione virium naturalium Corporis.

HUjus Complexionis vires & fermenti effectus ſua gaudent Harmonia, prout ante demonſtratum eſt.

Nam

Nam hoc fermentum eſt tarde digeſtionem promoventis, incidentis & ſeparantis in omnibus hujus corporis viſceribus naturalis, inſipidi, ſuavis, aquoſi & viſcoſi ſaporis tanquam tertium proveniens ex duobus alio mediante tertio, in quo ſolo ejus ſolutio & rurſus coagulatio, ut & maturationis ſapor ſit inſipidus, ſuavis. Nam omnis ſapor aquoſus, inſipidus, ſeu viſcoſus conſtat

ex in	*Salis urinoſi* maturi fixi inſipidi ——	*P. j.*
	Sulphuris dulcis maturi volatilis	*P. ij.*
	Mercurialis humiditatis viſcoſæ	*P. iij.*

Et quia hoc aquoſum ſeu viſcoſum ſuave fermentum ventriculi aut inteſtinorum admodum eſt humectans, beneficio cujus omnium aſſumtorum ciborum & potuum radicalis perficitur ſolutio, tum per fermenti tarditatem ſuccus nutritius, quia per ulteriores ductus ad ulteriores ventriculos ad ulteriorem obtinendam digeſtionem tendit, benè ab efferveſcentia ſalis præſervatur.

Nam omnis ſapor aquoſus, inſipidus ſeu inſipidè ſuavis aut viſcoſus poſt fermenti ſeparationem perfectè factam eſt humectans omnes ſiccas partes, & diſſolvens omnem amaritiem, auſteritatem, acrimoniam, aciditatem, &c. reſolvens & diluens omnem ſalſedinem, urinoſitatem volatilem & fixam, promovens fermentum naturæ partis ſalinæ, urino-

ſæ & ſulphureæ dulcis in ventriculo & inteſtinis, ciens ſudores & urinas, & ſua humiditate & viſcoſitate refrigerans & temperans maſſam ſanguinis in ſubſtantia & circulatione, augmentans vegetativum, humidum radicale totius corporis in in-& externis partibus: ſitim conſequenter ſiſtens & omnium viſcerum & partium inflammationem & præternaturalem calorem extinguens, & propterea

Hujus Complexionis *Lunaticæ* natura eſt tàm in Juventute quàm in Senectute, in vivo vigore prorſus mutabilis tam in externo carnoſo habitu, quàm in internis animi impetibus accreſcens & decreſcens.

Sudor tam ex corporis motu quam in morbis ex efferveſcentia eſt prorſus aquoſus, tenuis, & tenax evadens, attamen ſecundum temporis longitudinem admodum fiunt debiles & laſſi, ſudorque & halitus admodum dulce olent, quandoque acidum ſpirant.

Arteriarum & venarum ſanguis propter lentam digeſtionem aut fermentationem eſt tenuis, aquoſus & lentè circulans; unde in ſuis refrigerationibus admodum ſunt algidi.

Horum glandularum lympha nutriens aut humectans partes nervoſas, membranoſas, muſculoſas & cartilaginoſas in ſuo vegetante opere ſimiliter eſt tam in Juventute quàm Senectute accreſcens & decreſcens.

Et velut de fermenti natura dictum eſt; ita

ſe

ſe habet calor ex lento motu fermentativo proveniens in nutritione hujus Complexionis vegetantibus viribus, ut omnes organicæ corporis partes in omnibus ſuis accretionibus & functionum motibus ſecundum ſpeciem advenientis lenti ſpiritus dirigentis, etiam lente & placide conſerventur in ſuis ordinariis mobilibus actionibus cum ipſorum delaſſatione, neque in ulla parte fervidi ſunt aut ſicci, ſiquidem vitam ſuam & motum ad ſui propagationem inibi reperiunt.

De Lunaticæ Complexionis Harmonia virium naturalium & conſtitutione Morborum & Accidentium in- & externorum.

QUando in *Lunaticæ* Complexionis Corporis ventriculis fermentum naturale, prout ſequitur, corrumpitur, videlicet, propter ſequentes rationes pars ſalina urinoſa in efferveſcentiam aut pars ſulphurea præcipitata mediante Mercuriali humiditate in putrefactionem collocatur, (qua de re conſule Saturnum) tum varii exſurgunt morbi hujus *Lunaticæ* Complexionis, prout apud *Jovem* oſtenſum eſt.

Quomodocunque autem hujus *Lunaticæ* Complexionis morborum cauſa oriatur, ſive in hoc ſive in illo ventriculo, ex fermento corrupto, certum eſt in genere hujus Morbi aut Accidentia prorſus difficilia & tarda in

 aditu

aditu & abitu, potiſſimum in magnis refrigerationibus & putrefactionibus conſiſtere. Spiritus vitales conſumuntur, quia humor viſcerum & partium radicalis putrefit & evaporando conſumitur.

Breviter! hoc in omnibus *Lunaticis* morbis & externis Accidentibus obſervandum, *An proveniant ex Salis vel Sulphuris vitio*, & *in quo ventriculo*, velut in præcedentibus dictum eſt, & ſecundum *Lunaticæ* Complexionis indolem, effectuum etiam proprietates obſervari debent.

Nam hoc modo Planetarum influxus cum ſuis radiis quodlibet objectum ſecundum ſuam proprietatem mobile & vivum reddere poteſt, velut externa ſignatura de interna animi motione id confirmat.

De Scorbuto Complexionis Lunaticæ.

Secundum Harmoniam hic affectus in *Lunatica* Complexione ſe habet, ut dictum eſt in præcedentibus, atque id teſtantur reſtitutionis remedia vegetabilium, tam ſimplicia quam compoſita.

Correctio hujus Complexionis Lunaticæ.

Saporis aquoſi, inſipidi, inſipidè ſuaves aut viſcoſi præternaturalis vi ſua flatulenta fumeſcente, refrigrante, emolliente, relaxante, putrefaciente, facile areſcente, & ad efferveſcentiam

tiam inducente, pùtrefactionem promovente, nativum calorem expellente & attrahente, Hydropem & Scorbutum procreante.

Fit per

Sulphurea Salia *Volatilia* valdè aërea, fuligi- noſa, nitroſa, amara, urinoſa, armoniacoſa, reſolventia, attenuantia, calefacientia, exſiccantia.

Aut per

Salia acido-ſalſa, fixa, foſſilia ſive marina diſſolventia, conſumentia, per urinas expellentia, exſiccantia, balſamica & putrefactioni reſiſtentia.

Aut per

Salia inſipida calcei ſaporis aut per lapidea imbibentia omnem humiditatem & viſcoſitatem. Vide præcedentia.

Item

Vide de Acerbis & Vitriolaticis quæ conveniunt.

Compoſita præparantia hæc ſunt.

℞. Imbibentis *ſecundæ claſſis Boli vulgaris*
Cretæ albæ præparat.
Terræ Lemniæ āā. āā. ʒj.
Gum. Tragacanthi ϶ijß.

Miſ. & divid. in 8 partes æqual. manc. & veſperi ante prandium & cænam cum ſpiritu vini, ſive ſpiritu vini rectificatiſſimi q. ſufficit.

 Vel

Vel

℞. Deſtruentis *ſub acido-ſalſi fixi, foſſilis vel marini* ℥ij.
Petræ gemmæ āā. ʒj ß.
Miſ. divid. in 8 partes æqual. uſus ejus ſit mane & veſperi cum aq. aliqua deſtillat.

Vel

Subacido-ſalſi *volatilis urinoſi* Armoniaci
Cornu cervi āā. ʒj.
Divid. in 8 part. æqual, ut antea.

Vel

℞. *Succi recent. expreſſi Fumariæ herb.*
Raphani rad. āā. ℥ß.
Vipiperitis herb. ℥j.
Aq. deſtillat. ut Naſturtii ℥xvj.
Miſ. divid. in 8 partes æquales, cum pauculo ſacchari, mane & veſperi.

NB.

Mitigantia, temperantia, oblinentia, obtundentia, diluentia, præcipitantia, deſtruentia apud hunc ſaporem non proſunt.

Dulcificantia nempe ſpiritus acres ſalium volatilium adhuc conveniunt propter vim exſiccantem.

Horum præcipitantium aliquod detur bis in die, ut dictum per 6, 7, vel 8 dies.

Nunc agitur de Evacuantibus per Superiora.

℞. Vitrioli Romani *per liquorem Tartari præcipitati & edulcorati gr.* iiij.
Cum vini Rhenani ℥iij.
Procede, ut moris eſt apud Vomitorium.
Poſtero die reiteretur mane & veſperi præparatorium.
Sequente die adhibeatur purgans ſive clyſter.

Per

Per inferiora quod convenientiſſimum erit

Huic Complexioni Lunaticæ.

℞. *Vitrioli Lunæ laxativi* gr. vj. *vel* ix.
Cum Extracti Eſulæ gr. iv.
Miſce optimè, fiant Pill. num. iv pro doſi.
Cum vini Canarii q. ſ. Procede, ut moris.

Pro Sudorifico *convenienti.*

℞. *Olei Tartari fœtidi rectificat. gut.* viij.
Rob Sambuci ʒj.
Salis Armoniaci ℈ß.
Cum aqua ſive decocto Fumariæ q. ſ.

Pro Diuretico
Olei deſtillat. juniperini ſucci āā. gut. iv.
Extract. rad. Graminis ℈ij.
Aquæ Font. Lapathi ℥iv. *vel* v.
Procede, ut moris eſt, mane & veſperi.

De cæteris Medicum decet omnia, quæ apud hanc ſunt curam obſervanda, adhibere, & præſertim de venæ ſectione, an conveniat nec ne, providere.

Et his peractis adhibeantur ventriculorum fermenti promoventia, ut & glandularum totius corporis.

Præſertim verò ea quæ ex vegetabilibus *Lunaticis* aut è *Scorbuticis* colligenda ſunt, convenientiſſimis quæ ſive hujus Complexionis Morbi, ſive humoris peccantis, &c. habent ſignaturam, ſcilicet

Pro Mare.

Herb. *Alchimillæ.*
Braſſicæ nigræ.
Chelidonii minor.
Dentis Leonis.
Epaticæ ſylveſt.
Fonti Lapathi puſilli.
Graminis panacei parvi.
Hippolapathi.
Lactucæ Rubentis.
Malvæ ſylveſt.
Nymphææ Citrin.
Oleris atri.
Phalangii purpurei.
Quinquefolii aurei.
Raparum flav.
Sonchi cærul. flor.
Trifolii aquat.
Valerianæ.

Pro Fœmina.

Herb. *Alceæ veſicar.*
Bellidis.
Chondrillæ.
Dentis Leonis bulboſ.
Eryſimon Galeni.
Farfaræ.
Graminis pratenſ. min.
Hypocharis porcelliæ.
Lactucæ ſylveſt.
Millefolii hepat. Fer.
Nymphea minimæ.
Oleris alb.
Portulacæ ſylveſt.
Quinquefolii fragiferi.
Rapæ alb. rotund.
Sempervivi minimi guttar.
Tritici.
Umbilici Veneris aquat.

Ex his & ſimilibus *Lunaticis* vegetabilibus Medicus pro libitu ſibi Medicamenta præparare poteſt ſecundum formulas præſcriptas.

De Epilepſiâ Lunaticæ Complexionis.

Præparantia ſunt petenda ſimplicia ſecundum præſcriptionem ex antecedente affectu *Scorbutico Lunaticæ* Complexionis.

Compoſita ſunt talia.

℞. *Florum Lunaticæ ſignaturam capitis præbentis,*
Nymphææ alb.
Sigilli Salomonis.

Im-

Imbibentis *Secundæ claſſis Lapidis Carpionum.*

Dentis Hippopotami raſur. ãã. ʒß.

Matris perlar. uſtæ ℈j.

Vitrioli Lunæ gr. iij.

Extract. ex ſucco Valerianæ inſpiſſato. q. ſ.

Adde.

Spiritus rectificat. ſc. volatilis ſanguinis cum calce viva q. ſufficit.

Miſ. fiant pill. in forma piſi.

Procede ut moris ex prædictis Annotationibus mane per 6 dies jejuno ſtomacho, cum aq. diſtill. Galigæ q. ſ.

Imbibentis *Terræ calcei ſaporis ſecundæ claſſis cranii Humani uſti*

Unicornu uſti ãã. ʒß.

Dulcificantis *gelatini unicornu & in Mariæ Balneo exſiccat.* ℥ß.

Miſ. fiat pulvis: ſit doſis ʒß. vel ℈ij.

Veſperi hora una vel altera ante cænam detur cum ſucco depurato expreſſo, Fonti Lapathi puſilli ʒj. Cum pauculo vini Rhenani q. ſufficit. Procede per 6 dies, ut moris eſt.

Evacuantia Univerſalia.

Per *Superiora* die ſeptimo.

Detur vomitorium aceti ſquillitici q. ſ.

Sive Vitrioli Cyprii gr. iij. *v. q.*

Cum vini Rhenani q. ſ. Procede, ut moris.

Per *Inferiora* die nono exonerentur inteſtina per Vitrioli Lunæ gr. 6 vel 9.

Succi Lapathi acuti gr. vj.

Fiant Pill. q. vis in num. Procede, ut moris.

Per Balſamum *Externum* nervorum, quem vide apud *Jovem*: ibidem etiam *Maſticatorium*, *Sternutatorium* petenda ſunt.

Corroborantia Epileptica cerebri.

Cor-

Corroborantia & fermentum promoventia ventriculorum cerebri ſunt ex ſequentibus petenda Herbis *Lunaticis* humori aut Morbo, aut parti hujus Complexionis convenientibus. Simplicia talia ſunt Mercurialia aquoſa humectantia.

Pro Mare.

Herb. *Alſine.*
Beccabungiæ.
Chondrillæ.
Damaſcenæ.
Erigeron.
Fonti Lapathi puſill.
Galegæ.
Hepat. aquat.
Junci Peruviani.
Lyſimachiæ.
Malabathri.
Narciſ. alb.
Ornithogali.
Papaver. alb.
Raparum alb.
Sigill. Salomon. odorat.
Valeriana minimæ.

Pro Fœmina.

Herb. *Anagallidis.*
Braſſica rubræ capitat.
Cucurbitæ.
Dentis Cranii.
Eryſimi Theophraſti.
Ficus fol. & fruct.
Glandinis aquat.
Hieracli
Ireos Paluſt.
Lactucæ.
Melo ſaccharin.
Nymphææ alb.
Oleris.
Primulæ veris flor. virid.
Rapiſtri ſpicati.
Sigill. Salomon.
Umbilici aquat.

Ex hiſce & ſimilibus *Lunaticis* vegetabilibus Medicus faciat, ſecundum placitum ſive formulas præſcriptas Medicamenta, ut videndum apud *Jovem.*

Additio.

Generalis eſt in acutis & Chronicis Morbis obſervatio, quod ægro omnes acidi, dulces & faciles concoctu cibi potuſque ratione ſuam quali-

qualitatis quam quantitatis noxii ſunt, eò quod illi ſapores & fœtores materias morbificas efferveſcentes & putrefacientes in quantitate & qualitate augeant, ſecundum ſpeciem cujuſque affectûs in-aut externi ventriculi partiſve, ubi originalia ſtabulantur.

Quamobrem probè obſervetur aſſumendorum qualitas præcipue in febricitantibus, ubi multus potus & liquidi cibi admodum ſunt neceſſarii, ut ſapores ſalſi, acres & amari diluantur, mitigentur, & per convenientia emunctoria cum urinis aut ſudoribus, &c. eliminentur. Veruntamen quantitatis æque atque qualitatis habenda eſt ratio, ut felix abſolvatur cura & conſervetur æger, alioquin evenit, ut æger ſemel reſtitutus recidivam patiatur graviorem & periculoſiorem, quam ob cauſam æger non nimis ſubitò ſed lentè cibo & potu reficiendus eſt. Atque ſi Medicus animadverteret, quod cibi & potus non quantitas ſed qualitas peccet pro ſuſtentatione morbi chronici, aut recidivi, ipſum oporteret diætam prorſus immutare idque eò magis, ſi aliqualis averſatio aut nauſea ciborum ægro oboriatur.

Attamen inſolito cibi potuſque appetitui ægrorum non ſemper eſt indulgendum, niſi ex iis abſolutam ſentiant corroborationem. Quod ſi enim inde debilitentur, ſignum eſt certiſſimum quod ſapor & fœtor materiæ morbificæ

bificæ

bificæ peccantis nondum adhuc ſatis mortificatus & correctus ſit per medici ignorantiam, aut ſi hoc factum fuerit, quod ille non pro naturæ indigentia, nimium vehementer aut blandè nimium aut parum maturius aut ſerius, aut per emunctoria naturæ minus convenientia eductus fuerit.

Unde vires Corporis debilitantur, calor naturalis extinguitur & in plurimis partibus intemperies ſoboleſcit; aut ſi hoc non fuerit factum, ſed omnia bene ſunt adminiſtrata, quod Medicus neceſſaria remedia fermentum promoventia ventriculis debilibus non adhibuerit.

Cum Evacuantibus multum peccatur, ut ſæpius morbi inde aut graventur & prolongentur, aut cum vita prorſus tollantur; ſiquidem Evacuationes ſolum proſunt, ubi morbus à nimio cibo potuque ortum trahit aut naturæ fermentum per accidentalem efferveſcentiam diarrhœam gignit, quæ niſi levamen afferat, plus obeſt quàm prodeſt.

Similiter comparatum eſt cum longo aut gravi ſomno. Quia per medicamenta aut à ſulphure narcotico peccantis ſaporis vitriolatici ipſe gignitur iis in morbis quos excipiunt deliria ac vertigines. Hujuſmodi niſi ſomnus recreet ac confortet, ut natura ſapores, dolorum authores diſſipet aut minuat aut expellat, aut maturet, certum eſt ſignum mortis, niſi in

certis

[illegible]
Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

certis partibus corporis comitem habeat dolorem novum, de quo maximè conqueratur æger, tum plus affulgeret ſpei. Ubi patientes ſe nullos pati dolores ajunt, indubitatum eſt ſignum mortis, quæ caloris nativi extinctionem ſequitur neceſſariò, aut in aliqua corporis parte, aut in toto corpore.

Sic omnes febres quæ acutæ ſunt & cum ſudore frigido invadunt, præſagiunt mortem, ut & febres non recedentes cum difficultate reſpirandi & capitis debilitate.

Hanc ob cauſam nemo Medicus jactitare poteſt, ſe certum poſſe de Morte aut Vita proferre judicium, quam ex his ultimis, in cæteris ordinem ſuum, inveniet, prout à Diebus Criticis indicantur ſecundum Hippocrat. Aphoriſm. 2. Quin etiam ſi in gravibus morbis ſubitanea exſurgant levamina, quibus nulla ſuccurritur medicina nullæque ipſius reddi poſſunt cauſæ, iis non multum fidendum, cum recidivam patiantur graviorem æque ac morbi qui abſque manifeſtâ cauſa invadunt. Utrumque enim horum incertum eſt; ea propter Medicus cautus ſit in prænotione, ſi in morbis acutis in conſilium vocatur.

De Mercurialis Complexionis Phyſiognomia.

CORporis *Statura* in *Mercuriali* Complexione, non eſt admodum magna, ſed utplurimum brevis, & paulum craſſa ſecundum longi-

longitudinis requiſitam proportionem; attamen in Senectute parum fit corpulentior & craſſior, ſitque corpus formoſum, decorum, agile propter bonam Harmoniam quæ in corporis partium proportione reperitur.

Facies eſt parum oblonga, rotunda, ſed tamen reſpectu habito latitudinis & altitudinis magis rotunda, non nimium pinguis eſt & carnoſa, colorque emicat medius inter candidum & caſtaneum quaſi ad mellineam flavedinem vergens, & in multis locis cum aliquantum tranſparente grata rubedine & multis pulchris parvis & magnis translucentibus venis.

Malæ ſunt carne molles, non admodum pingues, ſemper aliquantum ſubrubræ cum admodum grata, dum rident, & parva in medio foſſula.

Frons eſt aliquantum lata & à parte ſuperiori paulatim deſcendit rotundè, & hujus faciei lineamenta omnia ſunt clara, acuta & profundè impreſſa, maximè tamen linea *Mercurialis* quæ oblonge inter duos oculos verſus naſum decurrit & accuratiſſimè omnium videtur, præſertim cum aliquid ſerii aut Ironicè jocoſi profert.

Vertex aliquantum magnus apparet, qui plus exactè quam oblonge rotundus eſt, & capilli non ſunt denſi admodum & craſſi, neque frontem incurrunt, tactu ſunt molles & plani prorſus dependent & inferius ſaltem parum

rum ſunt criſpi, in Juventute plerunque ſunt albi inſtar nivis; paulatim autem mutantur in cereo-flavos, & tandem in Senectute caſtaneo-prunei atque hinc & illinc canis intermixti pilis.

Tempora ſunt verſus aures prorſus lata & perparum collapſa plena claris tranſcurrentibus venulis & tenuibus ſuperimpendentibus crinibus tecta.

Oculi fere ſunt cinerei, non valde magni, admodum apti & parum in capite profundè jacentes, clari, lucidi, & humidi ſurſum deorſumque currentes.

Palpebræ ſunt tenues, attamen aliquantulum carnoſæ & magnæ & profundarum rugarum, & verſus oculi angulos multarum ſubtilium plicarum.

Supercilia non ſunt longa, nec lata; attamen aliquantum longa & fere capillis ſimilia; veruntamen aliquantum magis dilutè colorata, & arcte ſuperincumbunt palpebris.

Naſus eſt planus prorſus & æqualis, non magnus nec longus, & ſupra verſus oculos, parva admodum latitudine, & nares parum ſunt lateraliter protuberantes; & ἀκρόν non acuminatus ſed parum obtuſus cum parva ſenſibili foſſula.

Os propter rotunde apparentia & carne mollia labra, aliquantum magnum eſt & amplum, & inferiora labia majora ſunt & carno-

ſiora ſuperioribus, colore elegantia & corallino-rubra cum multis parvis fiſſuris.

Dentes aliquantum ſibi inæqualiter reſpondent & præprimis duo anteriores dentes inciſores, ſuperiores; aliàs inferiores ſunt minores arctiuſque juxta ſe ſtant, attamen colore magis ſunt mellineo quam albo, & ab adoleſcentia uſque multos habent dentes anteriores duplices, & antequam ſeneſcunt multos putridos, cavos & diffractos molares gingivaque eſt brevis & rubra.

Mentum eſt aliquantum breviter rotundum & in medio fiſſum per parvam oblongam profundamque foſſulam & parum rotundum. (ſit venia ὀνοματοποιοῦντι) ſubmentum, cum tenui parva è capillis aſſimilibus barba.

Aures ſunt parvæ & πρόσω adjacentes capiti: quarum cartilago denſa profundè exſculpta, cum parvo ex carne molli lobulo.

Collum non eſt enormiter, ſed mediocriter longum, magis ad brevitatem vergens in ſenectute. Muſculis conſtat & nervis parvis, quæ in colli inverſione plurimum conſpiciuntur: multæ quoque elegantes, ſplendentes, cæruleæque percurrunt venæ.

Humeri ſunt aliquantum ampli, protuberantes & robuſti, non tamen nimis carnoſi & ſpina dorſi ſuperius parum elata.

Pectus eſt aliquantum amplum, planum prorſus & æquale, carne plenum & læve velut

ſupra

ſupra totum corpus, cute tenui, molli, candidum & læve abſque ullis crinibus cum parvis tenuibus, robuſtis tamen ſterno & coſtis.

Brachia & *Pedes* ſunt oſſibus lævia, parva, tenuia & robuſta, carne nitida & mollia & plena, crinibus fere deſtituta cum multis elegantibus, claris & altè decurrentibus venis & robuſtis muſculis & nervis, opus ſuum ut perficiant abſque latitudine.

De Mercurialis Complexionis Harmonia ſignaturarum Phyſiognomiæ externarum & animi interni conſtitutione.

HÆc Complexio in genere, in omnibus ſuis actionibus ſecundum motiones partium corporis externarum, & ſecundum internas animi paſſiones iræ aut amoris, eſt acuta', celer & magno zelo penetrans & ad finem producens, & in ſua conſueta converſatione abſque animorum diſcrimine, unicuique propter hilares & gratas actiones, admodum eſt accepta & præprimis quia ipſius ſæpius mutabilis diſcurſus de multis diverſis rebus rerumque cognitione, quæ melancholicorum tempus fallunt & auditu gratæ ſunt. Hi ex Saulo *transformati Pauli* ſunt extemporanei interpretatores rerum ingenio humili occultarum & contrà occultatores rerum manifeſtarum. Quippe magno ingenii acumine bilinguis ipſorum elo-

quentia quicquid vult, efferere valet. Nam ipſorum cogitationum celeritas bene veritatem & falſitatem tanquam in bilance trutinare ſcit. Pauca enim ſunt occulta in Theologia & Phyſica, in artibus & ſcientiis, ad quæ ipſi quærendo & inveniendo compendioſe intelligenda non perveniant.

Et quia ipſorum naturæ per innatam vim, non per implantationem aut educationem proprium eſt, quod ingenioſi, acuti & apprimè eloquentes ſint Oratores & magna in omnibus actionibus aptitudo, ſuæ ipſorum fortunæ ſunt fabri promotoreſque.

Admodum volupe ipſis eſt degere, ubi bona & ingentia præſtare poſſunt officia, quæ gratiarum merentur actionem; in omnibus ſunt perquam miſericordes, liberaleſque ſuccurrentes conſiliis auxiliiſque ad conſervandum inopes.

Et quamvis in paſſionum animi executione celeres ſint, ſunt tamen nihilominus, prout res exigunt, etiam extraordinariè fortes ad illas in tempus certum & opportunum freno coërcendas. Quod ſi tamen quis eorum bonitate vellet abuti, ille certò ſciat, quod omnium occultiſſimum in apertum proferant theatrum ut quilibet ſpectatorum gaudeat facultate libere judicandi de Objecto. Tum in executione ſua ſunt rigorosè procedentes & inexorabiles, ſiquidem ipſorum jus nulli revocationi eſt obnoxium, niſi ſubmiſſio factique confeſſio interce-

tercedant; tum enim mox ipſorum tranſmutatur cor & ad clementiam miſerationemque commovetur.

Idque adhuc penes ſe peculiare habent, quod utut in omnibus ſuis actionibus, ſtudiis, artibus & opificiis valde ſint mutabiles, ſemperque bonum in melius mutare quærant: neque in ſuis laboribus tædio afficiantur ullo: ſiquidem ipſorum αὐτάρκεια eſt in pretioſi temporis uſu, & magni ſunt ignavorum otioſorumque temporis furum oſores, quod brevem ſuam paucorumque dierum vitam defraudant. Nam τὸ *Plus Ultra* ipſis repertam gloriam in addiſcendis ſcientiis & artibus ab aliis reddit indies celebriorem.

Majores non committunt unquam errores quàm ſi ſecreta ſua illi quem amant, aperiunt, & niſi ipſis ſimiliter viciſſim ſecreta concredantur, ſæpe & ſe & alios in magnam præcipitant ignominiam & noxam.

Et quanquam prompti ſint in verbis amphibologias adhibere, non tamen facile in ſermonibus ſuis capiuntur. Semper enim probè ad naturam rei attendunt, quod in mendacibus exulat.

Et quia in hoc acuti ſunt & promti aſſiduo exercitio, ſæpius res impoſſibiles apparentes & incredibilia factu egregiè ad exitum perducunt glorioſéque perficiunt.

Avaritiæ non ſunt mancipia. Quia ſemper

contenti vivant illo præſentis ſortis ſuæ lucro quod legitime multo cum labore, moleſtia & cura acquiſivere, pluſque pro aliis quam pro ſe ipſis ſolliciti ſunt, atque damnum quod illis inde evenit, parvi pendunt; dummodò ipſis promiſſa ſoluta ſint. Imprimis etiam ingratiſſimis ſuis conſanguineis omni niſu benefacere admodum ſunt propenſi; ipſorumque bonam propagare famam, & ſuæ gloriæ augmentum quærunt ab amicis pro veris bonis. Nihilominus quod mirum eſt, libenter longe à ſuis conſanguineis diſſiti habitant, maluntque vitam ſuamque curam ſollicitudinemque ſub peregrino cœlo tranſigere, cùm apud amicos ipſis bene eſſe poſſit; & hoc quoque magna eſt ipſorum *αὐταρκείας* pars. Taceo quod ipſi ſemper interim cantent *Oremus*; licet omnes ſuas facultates magna cura & ſollicitudine partas ſimul & ſemel perdant, ſi modo labore & cura ſint reparabiles; *bona* ſolum *fama* excepta. Nam ſi hujus vel vulnus vel jactura impendet, aut minimus ſaltem titulus ſibi aufertur, opes ſuas & ſanguinem præ ea negligunt & optimam ſuarum actionum conſiderationem; in vincendis ſuis adverſariis & potentibus hoſtibus felices ſunt.

Inclinatione animi præter cæteros gaudent bona; apud triſtes contriſtantur, apud gaudentes gaudent, apud ſapientes & prudentes plerumque communicantes, apud artifices ſcien-

ſciendi cupidi, apud ſimplices compatientes, apud laborioſos ferè antecurſores in induſtria, apud Magnates & Potentes reverenter ſubjecti; converſatio cum empæctis ſexcentas ab ipſis diſtat paraſangas. In ſuperbia & inſolentia ſtultos capitis morbos & inſanabiles animi effectus imprudentium reperiunt.

Breviter! omnia quæ nihil ad Theologicam aut Phyſicam animi recreationem conferunt, ſpernunt, & in vita & morte æquabilem reperiunt quietem; ſunt hilares & tranquilli, quippe qui mortem ſibi primariam fore hæredem generatimque maximam ſuarum facultatum partem in cœmeterium deferri ſciunt. Nam communis hominum fallax felicitas omnium caducorum Mundi bonorum nomine bonæ famæ indignorum longè abeſſe debet à ſepulchro, ubi famæ ſuæ bonæ *Epitaphium* perpetua memoria coronatum erectumque ſtat.

Omnibus fere virtutibus gaudent viri honeſtè viventis; quia non libenter eorum quiſpiam vivit aut conſervatur cum Tityris inertibus, cum luſoribus, comeſſatoribus & compotoribus aut Epicuri de grege porcis, & ipſorum mentis agitationes ſunt cooperatrices in apertum proferre & demonſtrare molimina interna.

Et quia magni ſunt educationis liberorum amatores, conjugium non ſpernunt, neque cum uxore inhoneſto amore vivere recuſant,

ſiquidem in Juventute ſua libentius eleganter veſtitam Veneris imaginem, quam nudum monachum exoſculari volunt.

Ut rem paucis complectar, Mercuriales ad omnia ingenii vim requirentia apti ſunt exercitia; plurimorum hominum opinione citius evadunt Doctores omnium facultatum, præſtantes Poëtæ, Magiæ naturalis candidati ſeu magni ad occultatas proprietates & utilitates Creaturarum inveſtigandas Phyſici. Egregii ſunt Aſtronomi, Aſtrologi, Arithmetici, Mathematici, Pictores imaginum, ex ligno lapidibuſve ſculptores, ſtatuarii, gemmarum ſive lapillorum pretioſorum inciſores, Geometriæ, eximiorum librorum Authores, & litterarum elegantiſſimarum ſcriptores, in perorando atque in civilitate morum aulicorum ſumma inſigniter excellunt, & in Muſica vocali atque inſtrumentali tam ſunt edocti quàm qui maximè.

Ulyſſis erroribus ſeu peregrinationibus huc & illuc per Terras aut Mare maximoperè delectantur, & plerumque in omnibus exantlandis laboribus Herculeis cæteriſque aſperis occurſantibus magnum in animo ſuo reperiunt lumen gloriæ accenſum. Recreantur educatione variorum animalium, præprimis hortis & Agricultura. Multum enim ſe in florum formoſiorum coloribus & odoribus oblectant. Quinetiam ipſis perquam gratus auditu eſt avium

avium cantus in convallibus, montibus & collibus ſylveſtribus. Atque quia Naturæ lumine per creaturæ pulchritudinem, uſum & mirificè manentes formas & figuras & proprietates probe ſunt illuminati, illarum creatorem ex operibus cognoſcere monentur almâ fiducia freti, ſe in æternum cum ipſo victuros fore in cœleſti Eccleſiæ Triumphantis Hieroſolyma.

De Mercurialis Complexionis Harmonia animi interni & virium naturalium Corporis conſtitutione.

HUjus Complexionis Corporis Vires & fermenti effectus ſua gaudent Harmonia, velut in aliis præcedentibus oſtenſum eſt.

Hujus fermentum in Juventute & Senectute differt. In Juventute eſt cito digeſtionem promoventis, inducentis & ſeparantis & in omnibus viſceribus admodum naturæ conformis & ſaccharino-dulcis ſaporis, tanquam tertium proveniens ex duobus aliis mediante tertio, in quo ſolo hujus ſolutio rurſus coagulatio ut & maturationis ſapor fit. Nam omnis *Sapor Dulcis Saccharinus* ſeu *Mellineus* conſtat

ex in {
- *Salis* ſubacidi, plurimum tamen inſipidi calcis fixi — — — *P. j.*
- *Sulphuris* dulcis valde maturati volatilis — — — — *P. iij.*
- *Mercurialis* humiditatis aquoſæ viſcidæ — — — — — *P. ij.*

Et quia hoc Dulce Saccharinum vel Mellineum fermentum ventriculi & inteſtinorum ſæpius facile eſt ſubaceſcens, atq; reſolvens radicaliter omnes aſſumtos cibos atque potum, eſtque huic agendo etiam in ulterioribus ventriculis. Nam omnis Sapor Dulcis Saccharinus ſeu Mellineus poſt perfecte factam ſeparationem fermenti eſt mitigans, temperanſque omnem amaritiem, auſteritatem, aciditatem, acrimoniam, & omnes alios corrodentes ſapores fœtoreſque in omnibus ventriculis partium in-& externarum, & expellens per urinas & plurimum per ſudores, mitigans dolores, conſolidans vulnerum labia & diſſolutiones conglutinans.

Et ob hanc rationem hujus *Mercurialis* Complexionis natura in Juventute eſt multum in ſuo vivo vigore variabilis, tam in externo habitu, quam in internis animi impetibus.

Fermentum in Senectute in hoc à priori differt, quod ejus Sapor ſit *Pinguis* aut *Oleoſus* qui conſtet

ex in { *Salis Subacidi* falſi *Volatilis* —— *P. ij.*
Sulphuris ſubdulcis maturi volatilis *P. iij.*
Mercurialis humiditatis ſubtiliſſimi *P. j.*

Et quia hoc *Pingue* & *Oleoſum* fermentum ventriculi & inteſtinorum admodum reſiſtit efferveſcentiæ, reſiſtit igitur aciditatis corroſioni & putrefactionis corruptioni aſſumto-

rum

rum ciborum, & potus idque in aliis ventriculis efficere aptum eſt.

Nam omnis ſapor *Pinguis* aut *Oleoſus* poſt perfectè factam ſeparationem fermenti eſt leniens & lubricans, & putrefactioni reſiſtens quæ fit in viſceribus propter humorum corruptibilium abundantiam, ſua quoque unctuoſitate defendit viſcera & partes membranoſas, muſculoſas & cartilaginoſas contra corrodentis ſalſi auſteri, acerbi, acris & acidi ſaporis & fœtoris acrimoniam, & viſcerum læſorum conglutinationem promovet & relaxat alvum poroſque ad excrementorum finita fermentatione evacuationem neceſſariam.

Et hanc ob cauſam *Mercurialis* Complexio in Senectute parum mutabilis in ſuo vivo vigore in collapſu virium & interno animi impetu.

Et ſudor tum ex motu laboris,tum ex morborum efferveſcentia, admodum eſt abundans & humectando admodum viſcoſus, glutinoſus & ſuave-olens; ſimiliter ſe etiam habet oris halitus. Arteriarum & venarum ſanguis propter bonam fermentationem admodum eſt ſubtilis, aëreus & in circulatione celer & calefaciens: glandularum lympha nutriens & humectans partes nervoſas, membranoſas, muſculoſas & cartilaginoſas, ejuſdem eſt naturæ.

Et prout dictum eſt de fermentationum natura, ita calor proveniens ex motu fermentativo

tativo ſimilis eſt cum nutritione vegetantium hujus Complexionis virium, ut ſic omnes organicæ corporis partes in omnibus ſuis actionibus & functionum motibus ſecundum advenientis facilis & variabilis ſpiritus dirigentis naturam, facile & abſque multifario impedimento in mutatione conſerventur in ſuis ordinariis actionibus, ſiquidem ex vi continui corporis & animi motibus in maximo frigore vivunt in calore, qui ad vitæ conſervationem & propagationem eſt neceſſarius.

De Mercurialis Complexionis Harmonia virium naturalium & morborum accidentiumque in- & externorum Corporis.

QUod ſi in prædictis *Mercurialibus* Corporis ventriculis fermentum naturale, veluti ſequitur, corrumpitur & propter ſequentes quoque rationes ſalina in effervefcentiam, aut pars ſulphurea in putrefactionem collocatur. Id quod vide apud *Saturnum*, tum varii oriuntur hujus *Mercurialis* Complexionis morbi, quorum rationes apud *Jovem* monſtratæ ſunt.

Quomodocunque igitur in hujus Complexionis *Mercurialis* ſubjecto generatio morborum fiat, aut in hoc vel illo ventriculo ex fermento corrupta, tum certum eſt, quod in genere iſtius morbi & accidentia admodum ſint

varia-

variabilia & velocià in acceſſu & receſſu; attamen illico univerſi corporis auferunt vires & cum ſenſuum turbatione multas generant variabiles Phreneſes in vigilando & dormiendo, & facile recidivas patiuntur ipſis morbis pejores. Nam ſi dulcedo fermenti in tale acetum acerrimum aut acerbum mutatur, tum ipſis fit magnum venenum in omnibus partium corporis ventriculis, quas tangit & plurimum illis obveniunt in omnibus morbis vehementer ſitim excitantes fervores & infectiones, unde ſpiritus vitales admodum debilitantur & radicalis viſcerum & partium humor poſt infectionem aut confermentationem in illis cum prædicto acerbo ſapore & fœtore prorſus corrumpitur.

Breviter! hoc in omnibus morbis & accidentibus Mercurialibus obſervandum eſt: *An à partis ſalinæ fixæ ſubacidæ (vel calceæ) efferveſcentia aut ſalinæ ſubacidæ volatilis, aut ex partis ſulphureæ dulcis volatilis aquoſæ, vel ſulphureæ dulcis volatilis putrefactione mediante Mercuriali humiditate proveniant, & in quo partium ventriculo, &c.* Vide præcedentia &c. & ſecundum *Mercurialem* corruptionem omnes *Mercuriales* mutabiles decurſus, & operationis proprietates ſervanda ſunt, velut in præcedentibus id commonſtratum eſt.

De

De Scorbuto Complexionis Mercurialis.

SCorbutus quomodo ſe habeat in Complexione *Mercuriali*, id repetas ex ſuperioribus.

Hujus peccantis ſaporis *Pinguis Oleoſi*, vi ſua lixivioſa lubricante, relaxante, inflammante, corrodente, corrumpente, putrefaciente, mortificante, efferveſcente, & bilem generante, vulnera gangrænante, fermentum præcipitante, Hujus, inquam, correctorium fiat.

(Ratio verò hæc eſt, quia in hujus *Mercurialis* Complexionis ventriculis plurimum omnia dulcia ſive mellinea, ſive ſaccharina mutantur in acidum pernicioſum, Tartareum cujus effectum videatur in ſuo loco. Ibidem etiam item annotationes de modo evacuandi: attamen convenientius erit vomitorium hoc.)

℞. Mercurii Vitæ *Angeli ſalæ gr.* ij. *vel* ijß.
Et pro purgânte convenientiore.
℞. *Extract. Catholiconis gr.* x. *vel* xv.
Cum Mercurii Vitæ gr. j.
Fiant ſecund. art. Pillulæ.
Et pro ſudorifico conveniente.
℞. *Mercurii Corollati Diaphoretici gr.* iij
Cum roſarum conſerva in vino albo q. ſ.
Et pro Diuretico *tincturæ tartari* ℈j. *q. ſ.*
Cum vino generoſo q. ſ.

Vel Correctio fit

Aut per

Mercurialia aquoſa humectantia, &c. Vide Saporem Auſterum, &c.

Aut

Aut per

Salina fixa inſipida ſive calcei ſaporis indurata imbibentia; cætera vide apud Saporem Auſterum.

Verùm peccantis Saporis *Dulcis Mellinei* aut *Saccharini* ſeu *Subdulcis* putridi. Sapor vi ſua putrefaciente, mucoſa, viſcoſa, limoſa, glutinoſa, flatus & tormina provocante, (qui quia facile in acetum mutatur, corrigitur tum iis quæ dicta ſunt apud Saporem Acidum Tartareum.) Tum

Per

Salina ſulphurea, acria, amara, fuliginoſa, & ſalia acido-ſalſa-volatilia aut per ſpiritus volatil. acres. Vide de de Sapore Acri.

Aut per

Calcis ſaporis attrahentia & humiditatem imbibentia aut aciditatem. Vide de cæteris apud Saporis Auſteri effectum.

Porro Medico incumbit obſervare omnia quæ ſunt utilia & neceſſaria, ſcilicet de Medicamentorum repetitione ſeu venæ ſectionis adhibitione.

Poſtea vero adhibeantur ventriculi ventriculorumque confortantia & eorum fermentum naturale promoventia & reſtituentia, ut & inteſtinorum, pancreatis, glandularum: præſertim verò ea, ex vegetabilibus *Mercurialibus* petenda ſunt, quæ habent ſignaturam

aut

aut partis laborantis morbo, aut morbi aut humoris peccantis. Scilicet

Herbæ Solares Anti-Scorbuticæ.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Herb. *Alceæ*	Herb. *Adiant.*
Blattariæ.	*Blattariæ luteæ.*
Dentis canini flor. Perſ.	*Calaminth Montan.*
Eupatorii adulter.	*Dentis canin. flor. alb.*
Fumariæ Græcæ.	*Eupatorii Dantiſcani.*
Gnaphalii.	*Fumariæ bulb. purp.*
Iris verſicoloris.	*Globulariæ.*
Leontopodii.	*Iris luteæ variegatæ.*
Mar. Cretici.	*Hypericon Alexand.*
Noli me tangere.	*Leopodii Cretici alt.*
Onodinis ſpinoſæ.	*Millegrani minimi.*
Palmæ Chriſti maculat.	*Nigellæ Roman.*
Quinquefolii major. flor. alb.	*Ononis ſine ſpinis.*
Roſæ centifolii.	*Polygoni.*
Serpilli flor. purpur.	*Quadrifolii.*
Tigridis floris.	*Roſæ maculat.*
Veronicæ maris.	*Serpilli flor. alb.*
	Trifolii hæmorrhoid.
	Veronicæ fœminæ.

Ex hiſce & ſimilibus *Mercurialibus* vegetabilibus quilibet ſibi Medicus pro libitu formulas parare poteſt.

De Epilepſia Mercurialis Complexionis.

PRæparantia etiam ſunt petenda ſimplicia ex præſcriptione antecedentis affectus *Scorbuti Mercurialis* Complexionis.

Præ-

Præparantia Compoſita ſunt talia.

℞. *Flor.* Mercurialis *Signaturam capitis præbentis primulæ veris ſylveſt. Roſarum Moſchat.*

Præbentis *Muſci Cranii humani* *ãã* ℥ß.
Sacchari Saturni ℈ß.

Extract. ex ſucco recent. inſpiſſata flor. Bellidis hortenſis q. ſ.

Adde.

Dulcificantis *ſpiritus acris ex ſale volatili, Dentium Elephantis à calce viva rectificati q. ſ.*
Miſ. fiant ſecundum artem Pillulæ in forma piſi. Procede, ut moris eſt, & in prædictis habetur Annotationibus. Mane jejuno ſtomacho, per *6* dies.

Imbibentis *terræ calcei ſaporis cum aqua flor. Primulæ veris q. ſ. Tertiæ claſſis.*
Terræ ſigillatæ uſtæ,
Lapid. Carneoli præparat. ãã. ℈ij.

Deſtruentis *ſalis puri ſalſi ſive lixivioſi, herbæ alicujus* Mercurialis *ſive ſalis communis calcinat.* ℥j

Dulcificantis *Gelatinæ Dentis Elephantis in Mariæ Balneo exſiccat. & pulveriſat.* ℥iij.
Miſ. fiat pulvis ſubtilis pro doſi ℥ß. vel ℈ij.
Veſperi hora una ante cœnam detur cum ſucco depurato & expreſſo flor. Roſæ Moſchat. ℥j.
Procede per *6* dies, ut antea dictum.

Evacuantia Univerſa

Per *Superiora* detur die ſeptimo vomitorium.

℞. *Sapa Sylvii vel Fauſti D. Doct.* q. *ſuff.*
Procede, ut moris eſt.

Per Inferiora *die nono exonerentur inteſtina per Extractum Catholiconis mixt. cum Mercurii dulcis q. ſ. ut anteà.*

Per *Sudoriferum* undecimo die glandularum totius Corporis adhibeatur evacuans.

℞. Bezoartici *Mineralis* gr. v.
Olei fœtidi ligni avellanæ gut. iv.
Spiritus ſalis volatilis ſangu. humani ℈ß.
A Calce viva ſublimat.
Olei citri gut. iij.
Miſ. cum aq. diſtillat. vel vitis flor. Procede, ut moris eſt.

Per *Balſamum Nervorum*, ejus præparationem quære apud *Jovialem* Complexionem.

Evacuantia *Particularia*

Per *Maſticatorium*, etiam apud *Jovem.*
Per *Sternutatorium*, ibidem.

Corroborantia *Epileptica* cerebri.

Corroborantia & fermenta promoventia ventriculorum petenda ſunt ex ſequentibus herbis, Morbo, & parti hujus Complexionis *Mercurialis* appropriatis.

Simplicia talia ſunt *Mercurialia* aquoſa & *Mitigantia* ſulphurea ſubamara.

Pro Mare.	Pro Fœmina.
Acatiæ flor.	*Aquilegii flor.*
Bellidis hortenſ.	*Borraginis.*
Caryophyllatæ.	*Croci Orientalis.*
Dictamni albi.	*Delphici Dioſc.*
Epaticæ Nobilis.	*Endiviæ.*
Filipendulæ.	*Fragariæ.*
Globulariæ.	*Gnaphalii Alpini.*
Hyacinthi.	*Hieracii.*
Iris variegat.	*Iris Bulboſ. Cyani flor.*
Lilii Narciſ.	*Lilii Montan. fl. flor.*
Marrubii Citrin.	*Millefolii alb.*
Nigellæ Damaſc.	*Nigellæ Roman.*
Ocymi Citrat.	*Ocymi Caryophyllat.*
Primulæ ſylv.	*Pulegii ſylveſt.*
Roſæ moſchat.	*Roſæ ſylveſtris.*
Saxifragæ.	*Serpilli Cretici.*
Violæ Mart.	*Victorialis.*

Ex hiſce & ſimilibus *Mercurialibus* floribus & plantis Medicus pro libitu ſibi formulas remediorum ſimplicium vel compoſitorum præparare poteſt, ut apud *Jovem* exempla præſcripta ſunt. Vide ibidem.

De FERMENTATIONE, EFFERVESCENTIA, & PUTREFACTIONE, *in* CORPORIS HUMANI VENTRICULIS.

OMnes SULPHUREI Odores, Sapores, Fœtores, provenientes ex motu fermentativo, & volatiliſante, ſemper in Ventriculis, calorem nativum procreant, Spiri-

tum Vitæ exhilerant, ſanitatem Corporis ſuſtentant.

Omnes SALINI Sapores, Fœtores & Odores provenientes ex motu efferveſcente, & fixante, ſemper in Ventriculis Calorem nativum ſupprimunt, Spiritum Vitæ triſtem faciunt, Morbum Corporis inducunt.

Omnes MERCURIALES Fœtores, Odores & Sapores provenientes ex motu putrefaciente, & deſtruente, ſemper in Ventriculis calorem nativum extinguunt, Spiritum Vitæ expellunt, mortem procreant.

Diverſitas autem Fermentationum, Efferveſcentiarum & Putrefactionum, vide quomodo de iſtis agitur apud Complexionum diverſarum deſcriptionem: generaliter autem hoc certiſſimum eſt, quod omnium Ventriculorum fermentans, Fermentum Ciborum & Potuum ex ſubacido oriatur. Nempè omnis Cibus & Potus mixtus in maſticatione, cum glandularum Oris lympha deſtillante ex ductibus ſalivariis, facile in ſtomacho mutatur in ſubacidum Saporem, undè motus confermentativus radicaliter reſolvens ciborum & potus partem Sulphuream nutrientem oleoſum, quæ poſteà iterum in Inteſtinis à novo confermentante ſucco dulci atque etiam facilè in Acidiorem Saporem Salinum mutantur, de novo in Chylum mutantur, & adjumento fellis amari Sulphurei

phurei adjecti, denique per novam fermentationem iterum ſeparatur, & pro nutrimento expellitur, &c.

Et ſecundum diverſas Complexiones hominum ergo apud eorum deſcriptionem obſervavi diverſos Acidos Salis Sapores confermentantes in Ventriculis, præterea diverſos ſecundum eorum ſitum & naturam. Vide ibidem de Acido Salino, Tartareo, Vitriolatico, Aluminoſo, Nitroſo & Armoniacoſo, &c. Sed pluries inveniuntur Sapores Acidi, quaſi Acidum Salinum in Stomacho, Tartareum in Inteſtinis tenuibus, Aluminoſum in Inteſtinis craſſis, Nitroſum in Renibus, Armoniacoſum in Sanguine & Glandulis ſubcutaneis, &c. & pluries etiam ſecundum naturam ſumptorum ciborum & potus, facilè accreſcentium in his vel illis Ventriculis magis aut minus ſat demonſtratum in aliis locis eſt.

DOCTRINA
De

SOlutione & *Præcipitatione* artificiali rerum omnium generaliter. In rerum Natura triplicia inveniuntur *Solventia* & *Præcipitantia*, nempe

1. *Mercurialia* 2. *Salina*. 3. *Sulphurea*.

Modus eſt duplex, ſcilicet in via humida & ſicca, ſecundum diverſitatem *Solventis* vel *Soluti*.

MERCURIALIA *Solventia.*

Diſſolventia ſive *Menſtrua* ſunt varia, nempe ſi res vel materia aliqua diſſolvitur in via humida, ſcilicet in aqua communi pluviali, fontana, fluviatili, vel alicujus vegetabilis deſtillata aqua ſimplici vel compoſita, vel in Phlegmate alicujus aceti ſimplicis vegetabilis, vini vel cereviſiæ deſtillatæ, vel in Phlegmate aceti mineralis, nempe Vitrioli, Sulphuris, Salis Communis, Salis Nitri, Petræ, Gemmæ &c. Aluminis, &c.

Exempli gratiâ: Omne ſal commune, ſive marinum, ſive montanum, ſive gemmæ, ſive Petræ diſſolutum in *Mercuriali* Menſtruo præcipitatur maximam partem.

Cum injecto & prius candefacto glacie Mariæ, ſi ſæpiſſimæ fit iteratio.

Ratio.

Quia ebulliendo, ſalis acida pars diſſolvitur & in actum deducitur, tunc corrodendo mortem ſibi edit in glacie Mariæ & cætera ſalis pars ſpoliata eſt ſua ſalſa natura.

Item ſalis præcipitatio fit magnam partem ex aqua per Lac virginis, ſive cum ceruſſa vel lithargyrio diſſoluto in aceto.

Ratio.

Quia omne acidum ſalis in aqua diſperſa mortificando attrahitur & figitur, ab lithargyrio

gyrio & minio vel ceruſſa, ut videamus in ſacchari Saturni præparatione fieri, inde ex una libra minii duæ vel tres libræ ſacchari, fiunt quod tamen nihil aliud eſt quam acidum fixatum in corpus tale.

Sic videamus Rationem, quomodo ex calcinati plumbi libra una vel minii præparatione ex ignis flammæ addito aceto, fiant libræ fere duæ.

Item ſalis præparatio etiam ex aqua & vino cum liquore Hæmatitidis lapidis, qui factus eſt ex lapide mortuo, poſt ſublimationem florum, ſive croci Hæmatitidis cum ſale armoniaco.

Ratio eſt

Qualis data fuit de ſacchari Saturni præcipitatione.

Item Mercurius dulcis, & ſublimatus ita in aqua communi diſſolutus, præcipitantur cum ſpiritibus urinoſis & ſalibus lixivioſis ex aqua.

Ratio.

Quia attrahunt & imbibunt ſua acida amiſſa & fit præcipitatio.

Item ſal commune vel magna pars præcipitatur attrahendo per arenam, & fictilia ollarum, ſi ſæpius per illam aqua filtratur.

Ratio.

Quia acida ſalis pars comedendo, ſibi coagulat cum tota ſubſtantia & externo modo adhæret.

Omne Sulphur mediante Sale fixo in aqua ſimplici diſſolutum præcipitatur per acetum inſtillatum.

Ratio.

Quia acidum retrahitur à ſale fixo, & ita dimittit ſuum ſulphur, & vocatur *Lac Sulphuris.*

NB.

Omnium Herbarum, Florum & Radicum ſucci expreſſi vel per decoctionem cum aqua communi extracta, Sulphurea pars coagulando, cum adjecto Alumine crudo præcipitantur, in Magiſteria.

Salina *ſunt Solventia.*

Scilicet ſi res ſive materia aliqua diſſolvitur in via humida, nempe in alicujus vegetabilis Aceto, ut aceto Vini, Cereviſiæ, fructuum vel herbarum, vel in Aceto minerali ſimplici, nempe ſalis communis, Salis Nitri, Salis Petræ, ſalis gemmæ &c. Vel in aceto compoſito minerali, nempe in aqua forti, aqua Regia, & ejusmodi aceta diſſolventes ut omnia per fermentationem facta aceta non ſolum acetum Vini & Cæreviſiæ, ſed omnium etiam herbarum, Florum, Fructuum, ut Malorum, Pyrorum, Cydoniorum, &c. Item aceta omnium lignorum & herbarum ex Retorta per ignis torturam

ram expreſſa, ut acetum ligni Quercus, Avellanæ, Fraxini, &c.

Item aceta ſimpliciter expreſſa, ut ſunt Fructuum maturorum & immaturorum, nempe ſuccus Arantiarum, Acetoſæ hiſpanicæ, vulgaris ſylvaticæ, Acetoſellæ, Berberorum, Citri, Mororum, Ribium, Tamarindarum, Uvarum immaturarum, Cydoniorum, Ceraſorum, Cornu, Granatorum, Tartarus vini, Tartarus acidarum herbarum & fructuum, &c.

Vel via ſiccâ.

Item nativa acido-ſalſa ſalia fixa, nempe SAL marinum, fontanum, foſſile, ut Sal commune, Gemmæ, Petræ, Nitri, Aluminis, Vitrioli, &c.

Item acido-ſalſa Salia artificialia ſcilicet tartarus Vitriolatus, nitratus, Salſus, Sulphuratus, &c.

Item ſalſo-acida ſalia volatilia ut Sal Armoniacum, ſal Sanguinis, Sudoris, Urinæ, Stercoris, Cornuum, Oſſium, Unguium, Plumarum, Pilorum, Fuliginis, &c.

Tamen per ſublimationem ſolvunt hæc ſalia.

Exempli gratiâ.

Aurum diſſolutum in aqua regia.

Corallia in aqua forti.

Oculi cancrorum in aceto, &c.

Ut videbis in ſequentibus adhuc ſemel.

Præcipitantur cum liquoriſatis ſalibus fixis.

Cum ſpiritibus acribus ſalium volatilium, &c.

Ratio etiam

Propter retractionem amiſſæ aciditatis, tunc diſſolutum petit fundum in forma pulveris, ut in ſequentibus videbis de cæteris.

SULPHUREA *Solventia ſunt*

Nempe, ſi res vel materia aliqua diſſolvitur in via humida vel ſicca, menſtrua ſulphurea ſunt, ſcilicet in oleo deſtillato, nempe oleo Arantiarum, Aniſi, Citri, Cinnamomi, Fœniculi, &c.

Item in oleo expreſſo, ut Amygdalarum, Nucum juglandium, Lauri, Nucis moſchat. Macis, Lini Olivarum, &c.

Item in oleo fœtido per Retortam cum aperto igne, expreſſo, ut oleo Tartari, variorum Lignorum, Herbarum, Cornuum, Oſſium, Unguium, Pilorum & Plumarum.

Item Adipe & Pinguedine, axungia Animalium & Piſcium, ut in adipe Luci piſcis, Carpionum, in pinguedine Anſerum, Anatum, Gallinarum, &c. in axungia humana, Canis, Urſi, &c.

Item in liquido calido Reſina, Sulphure, Gummi, Pice, Balſamo, Petrolio, ut Reſina Scammoneæ, Agaricæ, Gialappæ, in Sulphure nativo vel Antimonii, Veneris & Martis, Gummi arabico, Ceraſorum, Armoniaco, Galbano, &c. ſive per ſublimationem & præcipitationem.

In

In pice navali, Judaico & ſudorum, &c. in Balſamo Indico albo & nigro, Peruviano &c in Oleo Petræ vel deſtillato ex Retorta Philoſophor. ſive de Lateribus &c. & ejuſmodi ſpecie.

Item in ſulphureo ſpirituoſo per fermentationem facto, ut in Spiritus Vini, Cereviſiæ, Herbarum, Florum, Fructuum, ex Fœcibus vini, ex Pane fermentato.

Item in Sulphure fixo cum Sale pure ſalſo, mixto, lixivioſo ſeu in via ſicca vel humida, ut ſal calcinat. Tartari, ſal calcinat. Petræ vel aliarum vegetabilium, vel eorum liquores aëre vel cella facti, ut vulgo appellatur.

Oleum Tartari per deliquium item in ſulphureo ſpiritu acri, ut ſunt ſpiritus ſalſo-acidi, Salis Armoniaci, Urinæ, Sanguinis, Carnium, Oſſium, Unguium, Plumarum, Pilorum, &c.

Exempli gratia.

Sulphur commune diſſolvitur in oleo Lini, ſulphur Antimonii & Veneris in oleo Cinnamomi, Pix in oleo Olivarum præcipitantur cum ſalibus fixis lixivioſis inſtar ſaponum, ut etiam ſic fit.

Ratio.

Quia in omni oleoſo, ſive deſtillato, ſive expreſſo adhuc latet Acidum, & quia retrahitur ſalis amiſſum acidum, mediante aciditate etiam oleoſa ſubſtantia, & acidum in oleoſo retra-

retrahat humidum ſuum amiſſum, jam vero ea mediante humidum etiam ſalinam ſubſtantiam, & ex duplici hac

DOCTRINA *de* PRÆCIPITATIONE
Mercurialia Præcipitantia ſunt

Omnia ſulphurea, oleoſa, reſinoſa, diſſoluta in ſpirituoſo vini vel Fructuum, vel Herbarum per fermentationem rectificatiſſimo ſimplici vel tartariſato.

Illa præcipitantur per Aquam Vulgarem vel deſtillatam, vel Phlegma alicujus Aceti vel Succi.

Exempli Gratia.

Gummi Benzoi, ſive Storacis in ſpiritu vini diſſolut. rectificatiſſimo, præcipitantur cum infuſa aqua frigida & Gummi ſtatim lacteſcit; vel cum aqua calida & gummi ſtatim ſupernatat coagulatum.

Item: Oleum Cinnamomi vel Citri,&c. in ſpiritu vini tartariſato diſſolutum, præcipitantur cum infuſa aqua frigida, & Oleum ſtatim lacteſcit, vel cum aqua calida & Oleum ſtatim ſupernatat.

Item in præparatione Butyri Antimonii, ubi ſulphur metallinum in Retorta deſtillans, diſſolutum fuit in ſpirituoſo acri, illud præcipitatur cum infuſa aqua, & lacteſcit, & petit fundum, quod vocatur *Mercurius vitæ.*

Ratio

Ratio eſt, hujus præcipitationis

Omnis ſulphureus ſpiritus vini appetit ſuum humidum in rectificatione dimiſſum, & relinquit ſuum diſſolutum.

Pauca adhuc inveniuntur. Præcipitantia per Mercurialia ex aliquo menſtruo. Nam Mercurialitas ſæpiſſimè medium eſt conjunctionis, & non ſeparationis Sulphuris & Salis in corporibus perfectis.

SALINA PRÆCIPITANTIA *ſunt*

Omnia Metalla, Mineralia, Lapides, Oſſa, Cornua, Crania, Dentes, Ungues animalium. Item Lapides, Dentes, Mandibulæ, Cruſtæ, Pedes, Oculi Cancrorum & Piſcium. Item Putamina Ovorum.

Item lapides ſive Calculi Veſicis felleæ, urinariæ ex Hominibus, Animalibus, Piſcibus, ſive ſint cruda ſive cocta ſive in igne calcinata.

Omnia hæc in *Acetis* diverſis prædictis, nempe in acetis ex *Mineralibus* vel *Animalibus* vel *Vegetabilibus*.

Præcipitantur per Salia purè ſalſa fixa, lixivioſa ſulphurea, alias alia in igne calcinata.

Sive præparata ex Lignis, Corticibus, Radicibus, Herbis, Floribus, vel ex eorum ſuccis, fœcibus in igne fortiter uſtis.

Item per ſalem communem, Petræ, Nitri, Aluminis, Calcis vivæ fortiter calcinat.

Sive

Sive ſint ſicca vel liquoriſata ſalia per diſſolutionem cum aqua communi, vel per attractionem humiditatis ex aëre vel cella, unde *Oleum tartari per deliquium* ſuum petit nomen, ut ſupra commeminimus.

Item per ſalia non calcinata, nec in igne fixa, ſed ſalia acido-ſalſa fixa.

Ut ſal commune, tartari, vitriolati, nitrati, ſulphurati, & per ejusmodi ſalia artificialia præparata.

Exempli Gratia.

Aurum diſſolutum in aqua Regia q. ſ.
Argentum diſſolutum in aqua forti q. ſ.
Coralli rubri vel albi in aceto deſtill. vel Spiritu Salis q. ſ.
Lapides pretioſi in aceto deſtill. vel Spiritu Nitri q. ſ.
Oculi cancrorum in aceto vini q. ſ.
Martis raſura in tartaro crudo mediante aqua q. ſ.
Ovorum putamina in ſucco citri q. ſ.
Gummi galbani in phlegmate ſpiritus ſulphuris præcipitantur cum prædictis Salibus fixis.

Ratio eſt hujus Præcipitationis.

Omne ſal lixivioſum ſuum per calcinationem acidum amiſſum appetit, ſive regurgitat.

Ita dejicitur à ſolvente ſuum pro tempore ſolutum & amplius retinere nequit.

Et

Et poſt evaporationem humiditatis ſuperfluæ fiunt criſtalli ſalini, ex iſto acido & ſale fixo, nempe ſi acetum fuit Nitri, Cryſtallini in forma ſalis petræ adhærebunt lateribus vitri; ſi vero ſalis communis fuit acetum, cryſtalli in forma ſalis marini, ſi verò acetum Vitrioli, in forma tartari vitriolati.

Et ita ex duobus diverſæ naturæ nempe acido & urinoſo ſale pure ſalſo fit tertium.

Ex præcipitato Metallo fit poſt frequentiſſimam edulcorationem, reducti in priſtinum metallum, ſive ſervetur, pro uſu & vocatur *Magiſterium* hujus vel illius Metalli vel Lapidis ad uſum Medicinalem.

Exceptio alius Præcipitationis modus de iis in acetis diſſolutis.

Etiam *Argentum*, *Plumbum*, *Mercurius* & *Marcaſita* in aquis Stygiis diſſolvuntur.

Tamen hæc non fit præcipitatio per ſal purè ſalſum ſed per ſal acido-ſalſum fixum ſive ſal commune; ſed hoc eſt obſervatu dignum.

Hæc Metalla in acidis diſſoluta, ſi cum ſale purè ſalſo fixo præcipitantur, in igne ſunt fixa ad reductionem in priſtinum metallum.

Si vero cum ſale communi, vel acido-ſalſo fixo præcipitantur, in igne tota ſunt volatilia & admixtarum rerum ſubſtantiam ſecum volatiliſant, ut videamus quod Luna ita præcipitata inde accepit nomen Lunæ cornuum eſſe & volatilem.

Alius

Alius modus Præcipitationis.

Argenti ſoluti præcipitatio ex aqua forti fit etiam per *Lac Virginis* nempe cum ceruſſa vel lithargyrio diſſoluto in aceto communi.

Sed uti metallum per metallum præcipitatur, non fit more prioris præcipitationis, ubi acida amiſſa à ſalibus fixis attrahuntur. Sed magneticè ut ferrum à magnete attrahitur; ſic etiam attrahitur aurum à Mercurio crudo, ſeu in aceto ſeu in Aqua Regia diſſoluto.

Item *Cuprum* ſeu Venus ſolutum in viſceribus terræ ab acido vitriolatico, quod vitriolum, vocatur ſi in aqua vulgari iterum diſſolutum, & ab injectis laminis ferri. Poſtea iterum attractum eſt.

Item ut *Argentum* diſſolutum in aqua forti & cum aqua pluviali prius mixta cum injectis laminis Cupri attrahitur.

Obſervationes ſingulares.

Omnia diſſoluta à diſſolventibus menſtruis acidis poſtea præcipitata, cum liquore tartari vel alio ſale purè ſalſo liquoriſato, quæ poſt edulcorationem per aquas dicuntur *Magiſteria*, ut Magiſterium margaritarum, corallorum, &c. illa ſunt ponderoſiſſima.

Omnia vero quæ cum acido vitrioli præcipitantur, læviora ſunt Magiſteria.

Omnia

Omnia vero quæ cum ſpiritibus acribus ex ſalibus volatilibus præcipitantur, nempe cum ſpiritu ſalis Armoniaci vel urinæ, &c.

Illa ſunt Magiſteria læviſſima & albiſſima.

Obſervatio adjecta

Etſi Spiritus Acres Salium volatilium diſſoluta præcipitant; tamen nunquam Salia volatilia hoc faciunt.

Ratio, quia Spiritus Acres imbibunt ſuum acidum amiſſorum, ut etiam dictum antea fuit, à Sale fixo lixivioſo; ſed Sal Armoniacum Sal habet acidi ad corporis ſubſtantiam, & aliud non petit acidum.

Et nullum etiam Salſo-acidum Sal, de aliis rebus, & ſi in corpore humano per Salſo-acida Salia, vel Urinoſa fieri poſſit præcipitatio, tunc multi in corporis humani partibus glandulosis, exoriri deberent morbi interni & accidentia externa cancroſa incurabilia; & materia prima Podagræ, Chiragræ & Calculi &c.

Obſervatio alia neceſſaria.

Videamus etiam ſoluta à ſolvente acido, per acida tam benè præcipitare, quàm per Salia fixa, & Spiritus Acres.

Quia Corpora Metallica in aquis Stygiis ſoluta præcipitant per Oleum Vitrioli acidisſimum, videtur hoc eſſe miraculum & contra naturæ curſum, propter contrarietatem Aci-

 di

di cum Acido & ex effectu videmus maximam diſtinctionem inter naturas Salium, nempe Nitri & Vitrioli: Acidum Nitri diſſolvit Acidum, Metalla Vitrioli è contra Acidum non diſcernit, ſed præcipitat, imo calcinat metalla ad cineres aptos ad vitrificationem & eo melius quàm ulla præparatio per ignem. Iterum acetum Salis mixtum cum aceto Vitrioli mutuò ſe complectuntur, in forma Geledinæ Cornu Cervi ſe coagulant: ſed mediante Salis Nitri, fit cum Vitriolo in deſtillatione per Retortam aq. fortis, ad diſſolvendum Argentum, & ſi huic aquæ forti additur Sal Armoniacum fit aqua Regis non diſſolvens *Lunam* ſed ſolummodo *Aurum*.

Tamen pauciſſimi Chymicorum didicerunt *Metallicum* hoc *Secretum*, quod in Vitriolo vel hoc electo Minerali immaturo ſive Metallorum primo maſculo latet.

Nam Artis eſt poſſibilitas omnia mutare Metalla in Vitriola, & ex iſtis Vitriolis deſtillare Sal Acidum præcipitans, diſſoluta Metalla fixa & igni reſiſtentia facere, & è contra omnia Salia volatiliſare, & ad diſſolvendum alia Metalla facere.

Hoc certum eſt; in omni fere terra limoſa & glutinoſa latet ſive Vitriolum Veneris vel Martis vel Sulphuris, hoc non ſolum confirmatur à ratione ſed ex viſu; unde omnes lateres & ſigilla fortiter uſta rubedinem Capitis

mor-

mortui Vitrioli in igne accipiunt. Ita in Hollandia videmus ex terra combuſtibili, quæ vocatur **Turff** / quod non ſolum ignis flamma repræſentat pulcherrimos Vitrioli colores & fœtores, ſed in cineribus etiam Capitis mortui Vitrioli rubros & ſuffuſcos colores, & ex cinerum Elixiviato Sale, fiunt Cryſtalli albi Vitrioli parum vergentes ad Nitroſos Cryſtallos, propter Nitroſitatis admixtionem; idem videmus in Spiritus Salis præparatione à Glaubero, ubi ex mixtura Salis & Olei Vitrioli fit deſtillatio, ex remanente vel ex reſiduo diſſoluto in aqua pluviali, & ad Cryſtallos evaporato ejuſmodi fiunt Cryſtalli, ut dictum fuit, ex cineribus terræ ardentis.

Quæ dixi de colore rubro in lateribus uſtis, id ipſum ſcias provenire ex Vitrioli capite mortuo. Nam ſæpiſſime vidi in Hollandia, quod in medio lateris fortiſſime uſti tota ferrea lamina inventa fuit, & hoc ſolummodo ex reductione capitis mortui à Vitriolo mixto. Ridiculoſum nuper editum *Librum* à quodam *Philoſopho* perlegi, quaſi *Miraculum*, quod ille per reductionem, cum Oleo Lini ex lateribus inveniſſet ferrum, attamen neſciebat, *utrum ex lateribus an ex Oleo Lini*, & opinione laborabat, in rerum natura poſſibile eſſe tali modo denique *Lapidem Philoſophorum* invenire, ſed ille miſer Naturaliſta neſciebat

lapidis vel lateris coloris cauſam. Interim credo maximam eſſe differentiam inter terram Hollandicam mixtam cum Vitriolo Martis vel Veneris vel Sulphure & inter terram Indicam cum Vitriolo Martis vel Veneris, vel Sulphure, & inter terram Indicam cum Vitriolo, Auro & Luna. Alias India & Hollandia magnam habent inter ſe diſtantiam; ſufficit de hoc diſcurſu accidentali.

Noſtra ſolummodo agitur res de natura Acida Vitriolatica non ſolvente ſed coagulante, & præcipitante & omnium Salium fixorum, nempe Salis communis, ſalis Petræ & Nitri volatiliſantur. Acida, ut non ſolum dictum fuit de *Glauberi* Spiritus Salis *Præparatione* cum addito Oleo Vitrioli, quomodo Salis & non Vitrioli Acidum adſcendit, aliàs Salis Acidum impoſſibile poſſit diſſolvi Aurum, quia Vitrioli Acidum molitur contrarium.

Exemplum notatu dignum eſt, quod plumbum & argentum diſſolutum in aqua forti & poſtea præcipitatum cum Sale communi, ex eorum innato Vitriolo unà volatiliſatur & reductionem in igne non expreſſit & vocatur *Luna Volatilis*, aliàs *Sal Armoniacum Philoſophicum*, ad raras præparationes valde utile, cum arte extrahe per iſtud metallorum & lapidum tincturas. Sed ſufficit quia Metamorphoſin, *ex Aſino Philoſophum fieri poſſe*, non credo.

Interim

Interim verò in terræ viſceribus invenitur Acidum Vitriolaticum attrahens varia Sulphura diſſoluta in Mercuriali humido, & cum talibus ſe comedendo & attrahendo præcipitare in Metallicum corpus ferè inſeparabile; ut videmus omne Oleum Vitrioli, Veneris, Martis, Sulphuris, fortaſſe etiam Auri Vitrioli Acidum pretioſiore, attrahere ex aëre maximam quantitatem humiditatis.

Quaſi etiam hoc videamus ex omnibus Salibus fixis ex aëre retrahere ſuum humidum, & ex Aceto ſuum Acidum per ignis torturam expulſum.

Ut & Spiritus Acris, Salium Volatilium, Armoniaci, Urinæ &c. quorum Acida per Salia fixa propter retractionem, abſumptum fuit iterum ex aliis Acidis ad corpus ſubſtantiale attrahit & Sal fit ut antea. Sed pauciſſimi ſibi imaginantes Philoſophi in naturalibus has obſervant rationes, & parum ſciunt *de Naturæ Miraculis*, quia omnia rationalia apud ipſos ſunt naturæ inſtructa ſive Sympathetica, Magnetica & Antipathetica.

Sed optime dictum Qualitas occulta.

Sed ſufficit ratio iſta cum Paracelſus inquit: *Cum Metallis ex Metallis per Metalla fiunt Metalla*

Sed hoc de radicali ſolutione Metallica ſubintelligitur, pauciſſimis nota eo minus eorum præcipitatio naturæ conveniens ad reductio-

nem in meliora Metallorum, quod opus labor paucis cognitus.

Sulphurea Præcipitantia ſunt,

Omne Corpus Metallicum aut Minerale deſtructum per diuturnam calcinationem vel ſubitam flammam vel per aquas fortes ad calces & cineres ex quibus cum fluxu in tigillo ſcorias ſive vitra perſpicua & tenebricoſa, præcipitantur, cum adjecto Sulphure, vel Pulvere Carbonum ligni Sulphureo fixo, & reducuntur in priſtinum & nobilius Metallum.

Exempli gratiâ.

Ferrum ſive Mars deſtructum cum Antimonio pro regulo cum adjecto Carbonum Pulvere redigitur in puriſſimum Corpus.

Aurum diſſolutum in Antimonio præcipitatur cum adjecto Sulphure in purum Regulum.

Omnium Metallorum cineres reducti in vitro præcipitantur in priſtinum Metallum multo melius, quam antè dictum, cum injecto Sulphure & Carbonibus, ut videmus exemplum à ſtanno deſtructo & ita reducto ſtatim ſuum dimiſit ſtridorem inter dentes, & repetitio eſt ipſius finiti laboris oculorum Philoſophorum apertio.

Ratio

Ratio hujus Præcipitationis.

Quia omne robuſtum & impurum Sulphur inflammatur, uritur, Acidum ejus verò Vitriolaticum fixum remanens & puriori corpori Sulphureo adhærens, coagulatum manet apud purius Sulphur Metallicum indiſſolubile ab Acido & abiit in Corpus Metallicum purius; ut exempla docent.

Omne *Corpus Metallicum* ſeu *Lapideum*, quod diſſolvitur in Acido menſtruo, præcipitatur per Sulphureum Spiritum Acrem, Salis Armoniaci vel Urinæ.

Exempli gratiâ.

Aurum in aqua Regia diſſoluta præcipitatur cum Spiritu Sulphureo Salis Armoniaci &c.

Item omne Metallicum vel Lapideum Corpus diſſolutum in Acido etiam præcipitatur cum Sulphure fixo cum Sale pure ſalſo mixto.

Exempli gratia.

Coralli in aq. forti diſſoluti præcipitantur cum liquore Tartari ad Magiſterium.

Item Mercurius Dulcis ſublimatus præcipitatus in aqua communi vel in Aceto præcipitatur cum Spiritu Acri, Urinæ: item cum Sale Sulphureo pure ſalſo, ut liquore Tartari vel Nitri.

Item omnium aquarum, fontium, ciſternarum, turbidæ, & impuritates per Acetum innatum Vitriolaticum arſenicale & antimoniale terræ viſceribus præcipitantur per liquoriſata Salia Sulphurea pure ſalſa.

Nota bene de Ratione *hujus* Sulphureæ præcipitationis.

Omne vinum & cereviſia efferveſcens vini à Sulphuribus tunc imbibitur & qua fixatur: nam ubi ſiſtitur per Sulphur Acidum, tunc præcavetur vinum ne efferveſcat in doliis, ut & humores acidi efferveſcentes in corporis humani ventriculis & viſceribus, ut videamus apud Aſthmaticos eorum reſtitutionem per uſum Balſami Sulphuris fumoſi bene præparati, vel per receptum fumum à flammante Sulphure in mera aqua deſtillata.

Exempli gratiâ.

Omnium vegetabilium ſucci recenter expreſſi vel cum aqua extracti, coquendo cum pauculo adjecti aluminis, ſtatim coagulando præcipitantur, & poſtea per linteum ſeparetur, aquæ reſiduum verò cum aqua calida edulcoretur à ſua aluminoſitate & exſiccetur vocaturque à Medicis *Herbarum Magiſterium* ad Medicum uſum.

Ratio.

Omnis Sapor aluminoſus coagulat & concoquit exſiccatque omnem mucum vel viſcoſum Herbarum in quo latet eorum Sal volatile & viriditas.

Item tali modo coagulabitur cum alumine crudo Ovi albumen irritante in patella inſtar coaguli lactis ab infuſo aceto & applicabitur oculis inflammatis : item in coquendo, cum adjecto alumine , vidimus Piſcium aptum cum cochleari deſpumare & piſcibus gratum Saporem dare & indurare.

Omnes ſucci expreſſi, infuſiones Medicinæ turbidæ Syrupi, Sacchari clarificentur cum conquaſſato & immixto albumine, eò citius & tutius indureſcit, non ab aluminoſo Sapore, ſed à calore, ut videamus de Lympha glandularum in animalibus , quomodo illa ſuper ignem coquitur, inſtar Ovi albuminis indureſcit & coagulatur.

NB.

Rerum purificationes dantur adhuc plures non præcipitando ſed proprie coagulando.

Exempli gratiâ.

Omnia vero quæ dicta ſunt de iſtis tribus *Menſtruis* vel *Solventibus* & *Præcipitantibus* artificialibus , ſufficiunt. Nam ſunt in rerum natura

 tura

tura non plura, ſed quibus natura ſibi utitur ad deſtructionem corporum ſunt *Menſtrua* alia. Nempe

1. *Fermentatio.*
2. *Efferveſcentia.*
3. *Putrefactio.*

Quæ verò dicuntur ab imperitis de *Menſtruo* aliquo *Univerſali*, certè pauciſſimi perſcrutatorum in *Lapidis Philoſophici* præparatione inveniunt; quia rerum naturam non intelligunt, quâ natura utitur.

Nam natura fermentando deſtruit corpora tam Metallica quam Vegetabilia & Animalia, ſecundum cujuſlibet Regnum & ſingularis Creaturæ naturam in iſto, ſed quale fermentum Metallicum neſciunt. Per quod purum ab impuro, anima à corpore, ſpiritus à ſubſtantia, vitale à mortuo ſeparatur, & in novum melius corpus per naturæ viam præcipitantem regeneratur.

Sine qua via nec homo nec animal, nec planta, nec fructus, nec metallum, nec lapis producitur in ſubſtantiam, in qua prima latet materia pro artifice, iterum artificialiter deſtructè in nihilum. Sed magna eſt differentia inter ſolventis & ſoluti naturam jam antea dictam artificialem & hujus naturalem. Niſi ſpes fefellerit, ſequetur ſubinde *Lapis Philoſophicus* hunc Tractatum.

Sed

Sed progrediamur nunc hic ulterius, reliquoſque adjiciamus Planetas curioſorum gratia, exempli loco: *Omnes* qui cum Complexione Jovis, *Joviales* ſunt, tam *externè* quam *internè* Harmoniam habent.

In genere omnia Vegetabilia Jovialia, per externam & internam ſignaturam Harmonicam cognoſcuntur ex ſequentibus.

Etenim omnes, quæ hic ſequuntur, *Plantæ Joviales*, juxta Principalem *Johannem Montanum*, ſunt in genere quoad longitudinem totius ſtirpis, atque quoad brevitatem ramorum valdè mediocres,neque juſtam ſuperantes magnitudinem craſſitiemque; attamen aliquo modo ad longitudinem tendunt, optiméque proportionatæ, rami parum deflectunt à ſtirpe, neque id faciunt ipſarum mediocriter parvæ, parviſque capillamentis præditæ atque per terram diſſeminatæ radices; ad tactum cortex non eſt dura neque ſicca, ſed lævis, humida, & quaſi pinguedine quadam conſperſa, folia quoque lævia & æqualia,parum inciſa atque acuminata,ipſarum ſuccum nutritium vehentes atq; venoſæ coſtæ ſ. Lineæ parum ſunt eminentes, neque etiam in externa folii parte profundè inciſæ, ſed aliquo modo depreſſæ, foliorum atque pediculorum colores ſunt cærulei. Flores in genere ſunt clari, ſucculenti, tranſparentes,grati, pulchritudinis laudandæ, quoad colores,rubri, incarnati, cærulei,lactei.

Odor

Odor eſt valde ſubtilis, gratus cerebri membranis, glandulas confortans, & in cerebri ventriculis *Fermentum* promovens.

Sapor ipſarum eſt acceptus, aromaticus, linguam, cor, ventriculumque confortans, imò *Lymphæ fermentum* promovet.

Quoad *Tactum* ſunt molles, læves, caulis pediculi atque folia gracilia.

Omnes hæ *Balſamicæ proprietates* virtutes ipſarum indigitant, quæ non ſolum earundem promovent fermentum, per quod vegetationem ſuam conſervant, ſed etiam à corruptione cuſtodiuntur, propterea quoque illarum innati ſucci, craſſioris atque aquoſioris viſciditatis ſunt expertes, itaque dum pereunt, in menſe, ſeptimana aut diei termino à DEO Omnipotente ſibi præfixis, fœdam corruptionem aut putredinem nequaquam experiuntur, ſed pedetentim langueſcunt atque exareſcunt. In hominis cerebro, corde, aliiſque ventriculis, utpote pulmonibus, hepate & ventriculo *nutriens* promovent *fermentum*, & corrodunt ipſorum ſuccos efferveſcentes vel putrefacientes, revocant *Spiritus Animales* atque *calorem nativum Spiritus nutrientis*, & ſic in Medicina & cibis, juxta ipſarum *Jovialis Complexionis* indolem per ſympathiam agunt, ſicuti id earum generalis atque particularis præfigurata requirit Natura.

Aëris injuriæ, venti atque pluviale frigus ipſis

ipſis non ſunt nociva, cumque ipſarum flores à nimio æſtu atque radiis ſolaribus langueſcunt atque decidunt, moriuntur, raro creſcunt inter zizania, ſed potius montium inhabitant cacumina fluviorumque ripas, utplurimum tamen agros pinguiores atque hortos elegantiores. Magis ex ſemine quam radicibus propullulare conſpiciuntur; *Radices*, quæ multis minoribus præditæ ſunt fibrillis, alſè non agunt.

Quanquam autem hic *Plantarum Harmoniam externorum ſignorum* adjicere potuiſſem, ſicuti eam in homine oſtendi, non minus, quatenus cum hominibus in externis ſignis comparantur, de induſtria tamen id à me fuit intermiſſum, ne curioſioribus nauſeabundus ſeſe ſiſtat hic meus qualiſcunque *Tractatulus*; Exceptiones enim ipſarum, uti hominum, nimis fuiſſent prolixæ.

Caput enim mihi pro ſeminum loculamentis ſuiſſet.

Crines, lanuginem dum adhuc ſunt immatura indigitaſſent.

Facies, oculum quem vocant, Floris prodromum.

Oculi, Florem ipſum.

Palpebræ, folia minutiſſima Floribus adnata.

Genæ, internum Floris fundum.

Tempora, capſulam in qua Flos continetur.

Naſus, Floris antheram.

Os

Os, ſeminis loculamentum quando apertum eſt.

Dentes ſemina ipſa.

Mentum, infimam capſulam quam ſemen poſſidet.

Aures, ſeminum loculamentum vacuum.

Collum, petiolum, qui Florem tenet atque loculamentum.

Brachia, ramos Plantarum.

Pedes, Radices &c.

Sed ſufficiat de *Generali Harmonia*, *Signis*, *Forma*, *Colore*, *Odore*, *Sapore* atque *Tactu* ſcripſiſſe.

Nempe:

Herb. *Abrotani.*
Acanthii alb
—— *Illyrici.*
—— *Luſitanici.*
Achillea.
—— *montana.*
Alchimilla.
Alſine var. ſpecier.
Amaranthi var. ſpec.
Anagallidis Carulea.
—— *Phœnicea.*
Araci magna
—— *minima.*
Arantiarum Flores.
Armenii Fl.
Armeria var. ſpec.
Armerica var. ſpec.
Aſperula Flor. Caruleor.
Auricula muris var. ſpec.
Barba Hirci.
Betonica Maris.
—— *Fœm.*
Bliti.
—— *Maculati.*
Botrys.
Bugloſſa var. ſpec.
Bulbonis Caſtanea.
—— *minoris.*
Bulbi Eriophori.
Caprifolii var. ſpec.
Capitis Gallinacei var. ſpec.
Cardui Maria mollis lappati foliis.
-- *Benedicti Caucalis, Cauda Vulpis*
Centaurei majoris.
—— *minoris.*
Chamedrys Sylveſtr.
Chamamerionis.
—— *Matthioli.*

Ca-

Caryophylli var. ſpec.
Chamalini.
Cinnamomi.
Ciſti Fœminæ.
Climacis var. ſpec.
Cnici Cærulei.
Colchici var. ſpec.
Convolvuli var. ſpec.
Coris Monſpeliacæ.
Cotyledonis alt.
Cyani var. ſpec.
Cyclami var. ſpec.
Cynoſorchis var. ſpec.
Cytiſi.
Cuculi flores var. ſpec.
Daucus vulgaris.
——— Sylveſtris.
Dentariæ var. ſpec.
Dentillariæ.
Digitalis var. ſpec.
Dictamni Cretici.
Doronici radices.
Echium var. ſpec.
Endiviæ hortenſis.
——— ſylveſtris.
Epaticæ var. ſpec.
Epithymi.
Erviliæ.
Ervi ſylveſt.
Euphraſiæ alb.
——— cœruleæ.
Eupatorii Meſue.
Fago tritici.
Filipendulæ var. ſpec.
Flores Princip. vulgar.
Fragariæ var. ſpec.
Fumariæ var. ſpec.
Galegæ alb.
——— vulgaris.

Gentianæ var. ſpec.
Gentianellæ.
Geranei var. ſpec.
Gladioli var. ſpec.
Glycyrrhizæ.
—— ſylveſtris.
Hederæ terreſtris.
Hediſari var. ſpec.
Hipplogloſ. marin.
Hyacinthi.
——— ſtellaris.
——— lirifol. variæ ſpec.
Hordei var. ſpec.
Hyſſopi.
Jaſmini var. ſpec.
Intybum.
——— Sylveſtre.
Ireos noſtratis.
Juncus acut. lævis. &c.
—— Bombycinus, Marinus gramineus.
Lachrymæ ſobi.
Lagopus var. ſpec.
Lauri Alexandrinæ.
—— vulgaris.
—— tini.
—— roſeæ.
—— baccifera.
Lathyri var. ſpec.
Lavendulæ.
Leontopetali.
Libanotis panaceæ.
——— vera.
Lilii Saracenici mas.
——— fœmina.
Limonii veri antiq.
——— vulg.
——— geſn.

Lilio-

-ilio-

Liliorum Convall.
Macis.
Malvæ var. ſpec.
Mari.
Majoranæ.
Meliſſæ var. ſpec.
Morſis Diaboli.
Millefolii alb.
—— purpurei.
—— flavi.
—— aquatici.
—— terreſtris.
Muſcipulæ.
Nardi.
—— Celticæ veræ.
—— Celticæ Alpinæ.
—— Creticæ vel ruſticæ.
—— Indicæ vel Spicæ nardi
—— Montanæ.
—— Narbonenſis.
Nigellæ var. ſpec.
Nucis Moſchat.
—— Sylveſtris.
Onobrychis var. ſpec.
Ononidis var. ſpec.
Ophris.
Orchis var. ſpec.
Ormini var. ſpec.
Orobis Herbar.
Veneti Sylvat. & Montan.
Palmæ Chriſti.
ſive Satyr. Palmat.
—— Chriſti majoris.
Panici var. ſpec.
Pœoniæ var. ſpec.
Pedis Anſerini.
—— Alexandrini.
—— Aſinini.
—— Columbini.

Pedis Gallinacei, ſive Pulli.
—— Leonis.
—— Leporis.
—— Vituli.
Petaſitis ſine Flore.
—— cum Flore.
Phalangii var. ſpec.
Phaſeoli var. ſpec.
Polygalæ var. ſpec.
Piſi var. ſpec.
Primulæ veris.
—— Heskethi.
—— Flore rubro & albo.
Prunellæ.
Pulegii Regii & maris.
—— Anguſti fol.
—— Sylveſtris.
—— Fragiferi.
Pulmonariæ aureæ ſive Gallic.
—— Maculoſæ & var. ſpec.
Pyramidalis.
Quinque fol. magni.
—— Paluſtris.
Ranunculi mult. ſpec.
Ropuntii var. ſpec.
Rhodiæ Radicis.
Rorellæ Roridæ vel Roris ſol.
—— —— Rotundi.
Rutæ hort. & ſylveſt.
—— Caprariæ.
—— Caninæ & var. ſpec.
Roſmarini vulgaris
—— Aurei.
—— Argentei.
Rumicis.
Sanguiſorbæ.
Saniculæ majoris.
—— Anguſti folii.
—— Alpinæ Clus.

Saxi

Saxifragæ alb.
——— *Matthioli.*
Scabioſæ var. ſpec.
Scariolæ
Scammonii Syriaci.
Scammoneæ Monſpel.
Scolopendriæ.
Securidacæ minoris.
Serpilli.
Siſari Peruviani.
——— *Vulgaris.*
Silibi min flore mutante.
Smilacis aſperæ.
——— *Lævis.*
——— *Hortenſis.*
——— *Peruvianæ.*
——— *Horten flaves.*
——— *Rubræ.*
Sparti Plinii.
Spergulæ, flor. alb. & rubro
Stachys Arab.
——— *Aquat.*
——— *Odorat.*
Tamariſci.
Taraxaconis.
Teſticuli Canini var. ſpec.
Terræ glandis
Trifolii var. ſpec.
Triorchis.
Tragorchis.
Valerianæ var. ſpec.
Vetonicæ.
Umbilici Veneris.
——— *Marini.*
Unifolii.
Zedoariæ.
Zinziberis.
——— *Canini.*

SATURNUS.

IN genere omnia Saturnina Vegetabilia ex externa Signatura cum interna ſua ſubſtantia, indeque uti optimè notatum eſt in *Deſcriptione Agricolæ*, ſic quoque in genere harmonica ſunt vegetabilia illa, à longitudine totius ſtirpis planta & earum pediculis ac apicibus, ſuntque illæ proceræ & altæ, ſuperque omnes plantas cacumine ſuo exſurgunt ac prominent eas ſupprimendo, earum caules atque rami craſſi ſunt, ponderoſi & penduli, nec benè proportionati. Radices illarum quam latiſſimè intra terræ receſſus ſeſe expandunt, eoſque vago curſu perreptant, & in antiquis viis, in-

N cultis

cultis agris & in locis paludoſis inveniuntur; frequentes enim ſunt in deſertis & antiquis monimentis, templis, montibus, ſaxoſis & obſcuris vallibus, ubi aliud herbarum genus, gramen creſcit, aut in locis aquoſis ad rivos paludes & fontes.

Quoad externum adſpectum ingratæ ſunt, ad tactum hirſutæ, duræ, ſiccæ, macræ & craſſæ, ut & earum folia, flores & ſemina, ſigna, nervi & apices. Omnes ipſarum flores injucundi, quaſi penitus adverſi & atri, virides, ex pallido candicantes, livido-rubicundi & undique villoſi & ſpinoſi, inconditi ſaporis bilioſi amaricantes aut urinoſi, fervidæ & adurentes, ructus facientes, ſaporis nauſeoſi.

Gravidum quoque & fœtidum paluſtrem exſpirant calorem, aut quaſi limoſi quid & putridi in terra aut aquis ſtagnantibus olet, pro ratione craſſi ſui fermenti. Earum Balſamicæ virtutes ob volatilitatem valde diſſipabiles, nec injurias aëris nimis æſtuoſi l. frigidi perferre poſſunt, quippe ex ſtirpibus & caulibus lignoſis utplurimum cavis fragibilibus, & antequam exareſcunt, communiter prius ſenſim, aut carie infeſtantur aut exeduntur. Pro interno tamen uſu communiter parum conducunt, & quanquam *Saturninis complexionibus* proficua, cæteris tamen ſunt inſtar veneni, & in complexionibus delicatioribus cum ſucceſſu internè & externe adhiberi poſſunt,

à præ-

à præſtigiatoribus utplurimum ad varias magicas artes & incantationes in uſum vocantur.

HERBÆ SATURNINÆ.

A.

Acanthus, varia ſpecies.
Acarna Valeranda.
Acetoſella, var. ſpec.
Aconitum, var. ſpec.
Acorus Verus.
Acynus Lobelii.
Adianthum, var. ſpec.
Ægopodium.
Æthiopis.
Africanus flos.
Acalum.
Alcea, var. ſpec.
Alkakengium. var. ſpec.
Alliaria.
Allium Alpinum.
Allyſſum, var. ſpec.
Aloas.
Althea, var. ſpec.
Androſamum.
Angelica, var. ſpec.
Anchuſa lutea.
Anethum.
Anteuphorbium.
Anthora.
Aparina, var. ſpec.
Apium.
——— aquatile.
Apios vera.
—— Radice oblonga.
Archangelica.
Argentina.
Ariſarum anguſt fol.
——— Latifolium.
Ariſtolochia, var. ſpec.
Arundo volatoria.
——— Cypria.
Aſarum.
Aſarina Matthioli.
Aſparagus var. ſpec.
Aſperula.
Aſphodelus paluſtris.
Aſter Atticus, var. ſpe.
Aſtragalus var. ſpec.
Aſtragalides.
Atriplex fœtida.
Aureus Malus.
Auricula Urſi.

B.

Baccharis Monſpelienſ.
——— Vulgar.
Balſamina fœmina.
Barbarea mas.
——— Fœmina.
Bardana major.
——— minor.
Baſilicon.
Beta malvatica.
Bifolium.
Biſtorta,
Blattaria, var. ſpec.
Bombax.
Botrys.
Branca Urſina.
——— altera.
Bryonia.

Bugula.
—— *albo flor.*
Bulbus Bombacinus Commentitius.

C.

Cacalia glabri folio.
Calamus aquat.
—— *Peruvianus ſpinoſus.*
Calamentha var. ſpec.
Cannabis.
Cannabina var. ſpec.
Capparis.
Capſicum var. ſpec.
Capillus Veneris.
—— *Syriacus.*
Cardiaca.
Carduus Picnomus.
Caravum.
Caryophyllata var. ſpec.
Cataputia.
—— *minor.*
Caucalis var. ſpec.
Caucalus rubr. flor.
Cauda equina fœm.
Cereus Peruvianus.
Cetrachus.
Cervicaria var. ſpec.
Chamalea.
Chamaſica.
Chamamerium.
—— *anguſtifolium.*
Cheraſolium var. ſpec-
Chelidonium majus.
—— *foliis diſſectis.*
Cicuta var. ſpec.
Circea Lutetiana.
Clematis var. ſpec.
Clinopodium Auſtriac.
—— *Alpinum.*
Cochlearia ſylveſtr.
—— *hortenſis.*
Colchicum var. ſpec.
Colocynthidis.
Condrilla prior.
Conſerva.
Conſiligo Ruelli.
Conſolida var. ſpec.
Conyza var. ſpec.
Corallina Anglica.
—— *Latifolia vir.*
Coriandrum.
—— *minoris odoris.*
Corcheris.
Criſta galli.
Chritmus marinus.
—— *Spinoſus.*
Cruciata.
Cucumer Aſininum.
Cuminus var. ſpec.
Cynocramba.
Cynogloſſum var. ſpec.

D.

Daucus vulgaris.
—— *Cretenſis verus.*
Dentaria major.
—— *minor.*
Digidalis var. ſpec.
Dionyſia.
Dypſacum ſativum.
—— *ſylveſtre.*
Doria.
Dorycnium Hiſpan.
Draba var. ſpec.
Draconitum majus.
—— *minus.*
Dracunculus var. ſp.
Dryopteris var. ſpec.
Drypis.

E. *Ebulus*

E.

Ebulus.
Elophoboſcum ſativ.
Empetrum marin.
Epatica petrea.
Epimedium.
Equiſetum var. ſpec.
Eryſimon.
Eruca var. ſpec.
Eſula var. ſpec.
Euphorbium.
Euphraſia altera.

F.

Farfara
Ferula.
Ferulago.
Filicula var. ſpec.
Filipendula cicutæ facie.
Felix var. ſpec.
Fiſtularia.
Flammula Jovis.
Fraxinella.
Fucus var. ſpec.
Fungus var. ſpec.

G.

Galeopſis vera.
Gallopſis.
Gallium.
Gentiana var. ſpec.
Geraneum noctu odorat.
——— *ſylveſtre.*
Gingidium var. ſpec.
Gladiolus paluſtris.
Gnaphalium var. ſpec.
Gramen var. ſpec.
Gyperoides var. ſpec.
Gratiola.

H.

Haſtula Regia.
Haliacacabum peregrin.
Hedera arborea.
Heliotropium majus.
——— *var. ſpec.*
Helleborus albus.
——— *niger.*
Helleborina.
Helleboraſtrum.
Hemerocallis Valent.
Hamionitis var. ſpec.
Hepatica var. ſpec.
Hermela.
Hippoſalinum.
Holoſtium var. ſpec.
Horminium var. ſpec.
Hiacynth. Hiſpan. major.
——— ——— *minor.*
——— *Indicus.*
Hyoſciamus var. ſpec.
Hyppia major,
——— *minor.*
Hyppuris arvenſ.

I.

Imperatoria
Juncaria Salmaticenſis.
Juncus.
——— *Odoratus,*
Juniperus.

K.

Kali Gerniculatum.
——— *magnum ſemine Cochleato.*
——— *minus.*

L.

Lamium, var. ſpec.
Lampſana.
Lappa major.
——— *minor.*
Laſerpitium.
Laureola.
Lenticula marina anguſt. folii.
——— *ſerratis foliis.*
Leontopodium, var. ſpec.
Lepideum Ægineta.
Leviſticum.
Leucojum bulboſum Triphillonis.
Libanotis, var. ſpec.
Lichenis, var. ſpec.
Lingua Cervina.
Lonchis aſpera.
——— *major.*
Lutum.
Lycoctum.

M.

Mala Inſana.
Mandragora.
Maranta.
Marrubium, var. ſpec.
Matricaria.
Menthaſtrum, var. ſpec.
Mentha var. ſpec.
Melocardium Echonatum pennei.
Meu.
Molii, var. ſpec.
Mollugo.
——— *montana.*
Molucca.
Memordica mas.
——— *Fœmina.*
Muſcus, var. ſpec.
Myagrus.
Myſotis Scorpiadis.
——— *paluſtris.*
Myrrhis altera pars.

N.

Napellus.
Narciſſus autumnal. major.
——— *minor, var. ſpec.*
Naſturtium, var. ſpec.
Nepeta.
Nicotiana, var. ſpec.
Nidus avis.

O.

Ocymum ſylveſt.
Onobryſotus.
Opteris mas.
Orobancha.
Oſelinum.
Oxitriphyllon.

P.

Palma Chriſti, var. ſpec.
Paludabium.
Panus.
Panax Aſclepii ferula facie.
——— *Heraclei.*
Pancratium marin.
——— *rubr. flor.*
Papaver Corniculat.
Paris.
Paſtinaca var. ſpec.
Patientia.
Pedicularis.
Periploca prima.
——— *repens.*
Perſicaria maculata.
Periclimenum.
——— *perfoliatum.*
Peucedanum. var. ſpec.
Philanthropus.

Phyllus marificus.
Phyllis var. ſpec.
Phyllon arrhenogonon.
——— *Fœmina.*
Pimpinella.
Piper aquat.
—— *Indicum.*
Piſtolochia.
——— *Cretica.*
Podagraria German.
Polypodium quernum.
——— *Indicum.*
Polyfrictium aureum.
Poma Amoris.
Poterium.
Porri, var. ſpec.
Pſeudo-Aſphodelus.
Pumilius foliis iridis.
Pulmonaria anguſti fol.
——— *Plinii.*
Pulſatilla.

Q.

Quercus marina.
——— *quatuor ſpec.*
Quinquefolii magni.

R.

Radicula ſativa minor.
Radix cava major.
——— *var. ſpec.*
Ranunculus Aconito folio.
——— *var. ſpec.*
Rhabarbari, var. ſpec.
Raphanus, var. ſpec.
Ricinus.
Rubia, var. ſpec.
Rubus.
Ruta, var. ſpec.

S.

Sagittaria, var. ſpec.
Salvia ſylvat.
Scrophularia, var. ſpe.
Scordium.
Scorpioidis leguminoſa.
Schenophraſium.
Selinum bifolium.
Seratula purpurea.
Serpentaria major.
Seſelum. var. ſpec.
Siler montanum officinar.
Sinapis, var. ſpec.
Siſymbrium.
Solani, var. ſpec.
Soldanella marina.
Sonchus lævior. ſpinoſ.
Smyrnium Creticum.
Sophia Chyrurgica.
Smilax aſpera.
——— *Luſitanica.*
Sparganeum ramoſum.
Spargula.
Spatula Fætida.
Spica Celtica.
Spina purgatoria.
Spondelium.
Squammata Radix.
Squilla.
Staphis agria.
Stachis, var. ſpec.
Strammoneum peregrin.
——— *ſpinoſum.*
Stratioſis aquat.
Syderitis, var. ſpec.
Symphitum.
——— *Tuberoſum.*

T.

Tapſum barbatum.
Tapſica.
Teucreum paluſtre.
Thalictrum majus.
——— minus.
Thymalta.
Thlaſpum var. ſpec.
Tithymalus var. ſpec.
Tragos Matthioli.
Tribulus aquat.
Triochminis mas.
Tripolium var. ſpec.
Typha.
Tithymalus tuberoſus.

V.

Valeriana.
Verbaſcum.
Veratrum nigr.
Vincetoxicon.
Virga aurea.
Unifolium.
Urtica maxima.
——— mortua.
Uva marina major.
——— ——— minor.

MARS.

IN genere omnia *Martialia* vegetabilia, beneficio exterioris ſignaturæ, cum interna harmoniam habentis dignoſcuntur, ſicuti etiam deſcriptio *M. Ficini* externa eſt, ita harmoniam habent cum ipſo omnia ſimilia vegetabilia. Sunt quippe quoad folia, ſtirpes & apices dura, & in proceritatem aliquam exporrecta, nonnihil gravia in cacumine, & deſuper pendula, quoad aſpectum non adeo grata, ſed valde dura, colore viridi prædita, flores eorum ex coloribus inter flavum & rubrum aut cæruleum, aut viriditate imbuti, purpurei atque rubicundi. Ad tactum folia & ſtipites aſperi & adurentes linguam, & aliarum complexionum cerebro admodum graves.

Craſſium eorum ♀ contra pluvias præcipites, æſtum & frigus eos firmat, & citius exare-

exareſcunt, quam putrefiunt cum foliis ſuis & caulibus. Non propullulant frequentes in humilibus patulis & perflabilibus & præpinguibus locis, qui fimo & fœdo cœno cooperiuntur.

Frequentes uti lolium inter alias bonas plantas progerminant, nimis ac facilè mutantur, & copioſis floribus ac ſemine, ut & fibroſis intra terræ receſſus reptantibus radicibus luxuriant. In Medicina idcircò internus & externus eorum uſus eſt proficuus eadem *Martiali complexione* gaudentibus, glanduloſarum quippe partium obſtructiones reſerant, internè & externè corporis partibus impertiunt calorem, & ad vulnerum mundificationem & curationem haud vulgarium ſunt virtutum, per ſui *Sulphuris* naturam à fabris ferrariis denique utiliter adhibentur.

HERBÆ MARTIALES.

A.

Abies.
Abrotani var. ſpec.
Abſynthii var. ſpec.
Acanthium var ſpec.
Agri origanum.
Alcea Cannabina.
Allium ſylveſtre.
——— *Urſinum*
Alyſſum var. ſpec.
Althea olmi folio.
Ambroſia.
Ammium.
——— *Lobelii.*
Anchuſa alcipioides.
——— *purpurea.*
Anethum.
Angelica baccifera.
——— *Lucida.*
Aniſum.
Aphilantos.

Apocynum anguſt. fol.
Aphillaneis.
Apium petreum.
Aria Theophraſti.
Ariſtolochia Clematis.
——— *Saracenica.*
Artemiſia, tres ſpecies
Aſter Hiſpanicus flor. ſpinoſo.
—— *montanus fol. odorato.*
Artiſoca.
Arundo Auſtriaca var. ſpec.
Aſclepium flor. virid.
Avena.
——— *Vana.*

B.

Baſilicum.
Balſamita Americana.
Betonica aquat.
——— *Hortenſis.*
Biſtorta major.
——— *minor.*
Bugula.
Buxus.
——— *aurata.*

C.

Calamenta, var. ſpec.
——— *montan.*
——— *aurea.*
Cannabis errat. ſylv.
Cattaria peregrina latifolia.
Carduus Aſininus.
——— *Benedictus.*
——— *varia ſpecies.*
Caravum.
Cardiaca.
Carlina. var ſpec.
Carpinius alb.
Cauda muris.
Caucalis ſpondilii folio.
Centaurium minus.
——— *varia ſpec.*
Cœpa varia ſpec.
Chamædrys var. ſpec.
Chamægeniſta Sagittar.
Chamæleon nigrum.
——— *Salmanticum.*
Chamæpithys. var. ſp.
Chyna Rad.
Chriſtophoriana.
Cirſium Baſſanenſe.
Cirſus, var. ſpec.
Coccygria.
Cornu Cervi.
Coronopus, var. ſpec.
Convolvolus argenteus althea folio.
——— *minus ſpicefolius.*
Criſius major alter.
—— *maximus aſphodeli rad.*
Crupina.
Cuculus flos.
Cuminus.
——— *Aſininus.*
Cymbalaria Italica folio hederaceo.
Cyperus, var. ſpec.
Cypreſſus.
——— *Fœmina.*

D.

Diptamus Creticus.
——— *Vulgaris.*
Dracunculus minimus.
——— *Vulgaris.*

E. *Echi-*

E.

Echinum, var. ſpec.
Ephemerum Matthioli.
Epithimum Gracum.
Erica. var. ſpec.
Eryngium, var. ſpec.
Eupatorium Cannabininum Fœminin. ſepten.

F.

Fœniculi var. ſpec.
Ferula.
Filix mas.
—— Fœmina.
Flammula Jovis.
Fraxinella.
Fumaria latifolia.
—— Americana.
—— varia ſpec.

G.

Galbanifera.
Geranei. var. ſpec.
Glaux Dioſcoridis.
Gramen var. ſpec.
Gratiola anguſtifolia.
—— Latifolia.

H.

Hedera arborea.
—— terreſtris, var. ſpec.
Helleborus niger Dioſcoridis.
Hippoglöſſum, var. ſpec.
Hippolapatum rotund.
Hirundinaria.
Horminium var. ſpec.
Hydrolappatum.
Hyſopus var. ſpecies.

I.

Jacea, var. ſpec.
Juncus acutus.
Jogacum.
Juniperus arboreus.
Juncus acutus.
—— Floridus.

L.

Laburuum.
Lappathum acutum.
—— minimum.
Lavendula var ſpec.
Lentiſcus.
Leucojum, var. ſpec.
Libanum.
Liguſtrum.
—— purpureum odorat.
Linaria quatrifolia ſup.
—— altera.
Lithoſpermum, var. ſpec.
Lupulus.
—— ſylveſtris.
Lutea Cretica.
Lychnis, var. ſpec.
Lyſimachia, var. ſpec.
Lycopſis Anglicana.
—— Monſpelienſis.

M.

Marrubium.
—— Hiſpanicum.
Martagum rubrum.
Meliſſa Fuchſii.
—— Turcica.
Mentha variegata.
—— Spicata.
—— varia ſpecies.
Meu athamantium.

Mille-

Millefolium luteum.
——— *rubrum.*
Milium Solis.
Morſus Diaboli,
Myrtus barbatus.

N.

Napellus minimus cæruleus.
Nepeta.
——— *Littorea.*
Nigella.
Nigellaſtrum.
Nux juglans.

O.

Ocymaſtri var. ſpec.
Ophioſcoridon.
Origanum var. ſpec.
Oſyris var. ſpec.
——— *Græcorum.*

P.

Papaver erraticum.
Parietaria.
Pentaphyllon var. ſp.
Perſicaria aquat.
Pes anſerinus.
——— *Columbinus.*
Phalangium alterum.
——— *ramoſum.*
Phalaris.
Piloſella.
Pimpinella var. ſpec.
Piper nigrum.
——— *rubrum.*
——— *longum.*
Pinus vulgatiſſimus.
Polycanthus.
Polium var. ſpec.
Pſeudo-Coſtus Matthioli.
——— *dictamnus.*
Phtharmica var. ſpec.
Pulegium Creticum.
——— *Maſſilioticum.*
Pulmonaria maculus.
——— *Echii folio.*
Pyrethrum.
——— *Romanum.*

R.

